tute pudicitię ac rei bellicæ gloria iſignis: quæ
post Saporē Regē persarū Mesopotamia fuga-
tū atq; deuictū post multas uictorias & trium-
phos/rādē ab Aureliano Augusto cū duobus
filii capta Romā intriūphū ducta est. Ut autē
scribit Eusebius de tēporib; Zenobia haud
longe ab Antiochia uincit: quæ occiso Odena-
to marito/oriētis tenebat impiū. Aureliani Ro-
mæ triumphatis Zenobia currū p̄cessit. Quæ
in urbe sūmo honore cōsenuit; a qua zenobia
familia nuncupatur.

P amphiliæ regio est minoris alie Cilitie cōtermi-
na: a qua mare illi adiacens paphilicū noīatur.
In ea teste Pōponio est Melas nauigabilis flu-
uius: oppidū Sida & alter fluuius Eurymedō.

Plinius

Ptolemeus

viii. 4

Zenobia
Regina

Eusebius

Pōponius

apud quē Cymonis atheniēsū ducis aduersus
phoenicas & persas naualis pugna atq; victō
ria fuit. Est Perga oppidū & templum Dianę
quam ab oppido pergeam uocant.

Virgilius **P**anchaia regiūcula ē Sabaei i arabia/ quæ tota are
nosa est: & i qua arbores spōte natę thura emit
tunt. De qua Virgilius in. ii. geor. Totaq; thuriferis panchaia pinguis arenis.

Pōponius **P**anchai populi fuerunt teste Pōponio deserta
Sabaei habitātes. Et quia serpētibus uescuntur
ophiophagos uocant.

Prolemeus **P**annonia puincia est europæ/ ut li. ii. scribit Prole
mēus. Et ē duplex/ superior & inferior. Superior
ab occāsu limites habet mōtem Cetiū: qui me
dius est inter Noricū & ipsā pānoniā. Ab ortu
habet pānoniā inferiorē/ cui iuncta est. Inferior
ab ortu & septētrione Danubio cingit. Nostra
etas ungaros uocat. In ea teste Plinio/ colonię
Mona/ Siscia/. Amnes clari & nauigabiles i Da
nubiū fluunt Draus & Sauus. Populorū capi
ta. Serretes/ Serapilli/ Iasi/ Sandrizetes/ Colapia
ni/ Breuci.

Strabo **P**andana & Pontia insulæ sunt in sinu Caietano
inter se paruī distantes! sed a cōtinenti ducen
tis quīnnquagīta stadiis. Quas Strabo dixit
paruas esse sed pulchre habitatas.

P andataria insula est in mari tyrreno: ut libro se
cundo refert Prolemeus.

ptolemeus
plinius

P andore gens ē in conuallibus indiē: ut Plinius
refert libro. vii. annos dūcētos uiuens / i iuuēta
cādido capillo: qui in senectute nigrescat.

P hanesii populi sunt in quibusdam insulis ocea
ni septentrionalis: quorū aures / teste Solino: in
effusā adeo magnitudinē dilatātur: ut reliqua
uiscerum illis contegant.

Solinus

P aphlagonia regio est minoris Asiae: quæ ut So
linus scribit: Cytoro monte cōsurgit: porrecto
in spatiū trium & sexaginta milium / insignis
loco Eneto / a quo ut Cornelius nepos phibet
paphlagones in italiā transuecti / mox Vene
ti sunt nominati. Plurimas in ea regione Mile
si considerunt. Eupatoriam Mitridates / quæ
subacta a pompeio / Pompeiopolis dicta ē. Cy
torus autem nōs buxo est fertilis / quæ uēto
mota eſtus imitatur undarum. De qua Virgi
lius secundo georgicorum.

Veneti
urbes

Virgilius

P arabos insula est parua contra Phoenicem. Et
teste Pomponio / quantū patet / rota oppidum
frequens.

Pōponius

P Aradisus locus est in oriente / longo tractu ma
ris distans a continente / ut Isidorus libr. xiii.

Isidorus

I ii

Iosephus ethymologiarū refert & Iosephus libro primo
Augustinus antiquitatū iudeorū. Quem græci hortū dicūt
omni germinatione florēt. Et ut Augustinus
in dyalogo ad Orosiū scribit/ paradisus ī orīē
te situs est/ interiecto oceano & a nostro orbe
lōge remotus/ ī altissimo loco cōstitutus/ prin
gens usq; ad lunarem circulū. Vnde illuc aqua
diluūii minime peruenisse dicitur. Est aut̄ sub
equinoctiali circulo cōstitutus. ut Nicolaus de
lira super genesim scribit/ omniq; genere ligni
fructiferi cōsitus ē. Non ibi frigus/ nō estas/ sed
perpetua aeris tēperies. In hoc etiā ut idē Iose
phus refert/ est & uitæ plāratio/ & alia prudētię
quia cognoscere ź quid esset bonū/ quid uemā
lum. Rigaꝝ uero hortus ab uno flumine circa
omnem terram undiq; pfluente/ & in quatuor
diuiditur partes. Phison nomen est uni nūc
ganges eductus in indiam/ qui in pelago late
diffunditur. Alteri nomen Eufrates. Tertio ti
gris/ qui in mare rubrum feruntur. Quartus ē
Geon: qui per æthiopiā/ ægyptumq; decurrēs.
a græcis Nilus appellatur. Hic locus post pec
catum primi hominis interclusus est/ nec ulli
animantiū datur aditus illuc comeādi. Adam
igitur primus homo ipsa die qua créatus est/
circa horam nonam de paradiſo ejectus est.

Parrhasia regio ē in pelopōneso: quē nūc Archa dia dicitur. Vnde parrhasium pro Archadico dicimus. Virgilius.

Virgilius

Parrhasio dictum panos de mōte lycei.

Et Ouidius.ii. de fastis.

Ouidius

Altaq; trozene parrhasięq; niues.

Ea regio patria fuit Lycaonis Archadiæ regis Titani & terre filii: ut poetę loquuntur. In ea est mōs Lyceus: i quo bicornis Fauni tēplū fuerat Lyceus mōs a quo lycea ludrica illi sacrata: a nobis luperca lia dicta sūt: testāte Ouidio libro fastorum .ii.

Ouidius

Quis uetat archadico dictos a mōte lupercos
Faunus in Archadia templa lyceus habet.

Fiebāt autē nephastis diebus mensis februarii: quē piacularem dixerunt. Vnde Ouidius.

Ouidius

Februa romani dixerūt piacula patres. Et subdit
Tertia post idus nudos aurora lupercos.

Aspicit: & fauni sacra bicornis eunt.

Dicitur autē bicornis Faunus/ hoc est Pan deus naturę/ quia haber cornua in radiorum solis & cornuū Lunę similitudinē. Fuit et parrhasius: teste Plinio li. xxxv. pictor celeberrimus Ephesi natus/ qui primus symmetria picturæ dedit/ primus argutias/ uultus elegatiā/ capillorū artificiū cōperit. Idē descēdisse cū Zeufide pictore i certamine tradiſ. Et cū Zeufis detulisset Vuas

Parrhasius
pictor

Zeufis

pictas tāto successū: ut in scēnā aues aduolarēt:
ipse detulit linteū auibū pictum: ita ueritatē re
presētatis: ut Zeufis palmā parrhasio cōcederet.

P aropanisades puincia est Asię: ut lib. vi. scribit
Ptolemeus Ptolemeus: quæ ab oriēte parte Indie: ab occa
su Aria terminaę: a meridie Arachosia. Eius in
signes ciuitates sūt Naulibis & Carura.

P aros insula est una ex cycladibus marmore no
bilis/qđ cādidiſſimum gignit. Vnde Virgilius
iii. ēne. Niueāq; paron. Et Ouidius in. iii. meta.
H̄eret ut e pario formatum marmore signum.
H̄ec prius Minoia dicta est/ ut Solino placet.
Nam sublata a Minoe/ quoad i creticis mansic
legibus/ Minoiam uocabant. Pr̄eter marmorā
dat & sardum lapidem/ qui inter gemmas uilis
simus dicitur.

P haros fuit olim parua insula contra Nilī hostiā
palmis abundans/ ab nauclero Menelai/ cui id
nomen erat/ sic cognominata/ quę postea/ teste
Pomponio/ Alexandrię quæ illi apposita iacet
ponte coniungitur. Olim/ ut Homericō carmi
ne pditū est/ ab eisdē oris cursu diei abducta.
Vnde & Lucanus in x. pharos īsula quōdā.
In medio stetit illa mari sub tempore uatis
Protheos. at nūc est pelleis proxima terris.
In ea ut scribit plinius li. xxxvi. maxima turris

Virgilius

Ouidius

Pōponius

Lucanus

fuit nauigantibus lumen exhibens / a Philodelpho rege cōstructa / quæ iter spectacula mūdi cōnumeraēt. Nā sup q̄tuor cācris uitreis locata fuit. Alii ab Alexandro Magno constructam tradiderunt.

Pharia isula ē i mari adriatico / adiacēs dalmatię / ut li. ii. refert Prolemeus / i qua ē ciuitas eiusdē nominis.

Pharsalia puincia ē europæ / a Pharsalo duce nomē fortita: quæ regio sēpē nomē a uariis prīcibus mutauit. Nā ab æmathio æmathia dicta ē. Tessalia a Tessalo. Macedonia a Macedone. Postremo a Philippo Rege cāpi philippici appellati sunt. De ea in Macedonia & Tessalia latius scripsimus.

Parthia puincia ē asie / quæ ab ortu hēt Arios: a meridie Carmaniā: ab occasu Medos: a septētrione Hyrcanos ut. lib. vi. plinius refert. Parthorū regna duodeuiginti sunt omnia circa duo maria / rubrum a meridie / hyrcanū a septentrione. Fuerūt autē exules scytharum / ut Iustinus scribit libr. xli. Nam scythico sermone parthi exules dicuntur. Omnes equitare & sagittas emittere magna idustria liberos docēt. Pugnas admirabili ardore inēsūt / sed diu pugnare nō ualētes i ipso ardore certaminis prēlia deserunt / ac

post pugnam ex fuga repetunt: & cū maxime
uicisse te putas: tunc tibi discriminē subeundū
sit. De quibus Virgilius. iii. geor.
Fidentēq; fuga parthū uersisq; sagittis.
Cominus in acie prēliari nesciūt: obseſſasq; ex
pugnare urbes. Pugnāt aut̄ pcurrentibus eq̄si
aut terga dāribus / s̄q; etiā fugā simulāt: ut in
cautiores insequētes hēant: dicēte Lucano.
Pugna leuis / bellūq; fugax / turmēq; uagātes /
Et melior cessisse loco q̄ pellere miles.
Illita terra dolis. nec martē cominus unq;
Ausa pati uirtus! sed lōge tendere neruos
Et quæcūq; uelint pmittere uulnera uētis.
Apud illos / ut idē Iustinus scribit auri argētiq;
nullus nisi ī armis usus. Vxores singuli plures
habent: nec ulla delicta adulterio grauius uin
dicant. Quā ob ūem foeminis nō conuiuia tan
tum uirorū! uerū etiā conspectum interdicūt.
Carne nō nisi uenatibus quęſira uescūt. Equis
omni tempore uectan̄: illis bella / illis cōuiuia
illis publica ac priuata officia obeūt. Sepultura
uulgo aut auium aut canū laniatus est. Nuda
demū ossa terra obruūtur. Natura taciti. Ad fa
ciendum q̄ ad dicendū promptiores. Proinde
secūda aduersaqq; silentio tegunt. Principibus
metu non pudore parēt. In libidine projecti:

Virgilius

Lucanus

Iustinus

Parthorū
mores

In cibum parcit. Fides dictis promissisq; nulla: nisi quatenus expedire. A Romanis tribus bellis p; maximos duces lacesciti/ soli ex omib; gentibus nō solū pares! uerū etiā uictores fuisse. Oppida insignia parthorū. Ab occasu Issatis & Calliope. Ab oriēte æstiuo Pyropum. Ab hyberno Mania: in medio hecatompylos. Arsace regio. Nisea. Parthiene nobiles. & Alejandro polys a conditore dicta/ ut li. vi. plinius refert.

P harusi populi fuerūt in aphrica uersus oceanū occidentalē: qui/ ut lib. iii. pōponius scribit/ ali quādo redēte ad hesperidas hercule dites fuerunt: nūc inculti. Et nisi q; pecore alunē/ admōdū iopes. Hic iā letiores agri amoeniq; saltus.

P athmos insula ē in mari ægeo/ que teste plinio libr. iiiii. patet circuitu. xxx. milibus passuū. In ea Ioannes apostolus scripsit Apocalypsim: q; liber a nostris reuelatio dici potest.

P atrimoniū sancti petri regio est thuscię: quā in maritimis inchoare tradunt. In ea Soana oppī dū/ Sancta Flora/ Aquapendēs/ Grinte/ Sāctus Laurentius/ Bulsenā/ Martha/ Castrum ciuitas/ Tuscanella oppidū opulētissimū/ Monsflasco nus/ Balneum regiū/ Vrbs uetus/ Orta ciuitas uetus/ Ciuitas castellana olim Vehientana urbs/ Castrū nouū/ Galliensiū oppidū/ Nepe/

plinius

Pōponius

plinius

Viterbiū Surianum oppidum: quod arcem ha
bet munitissimā Vetrala Sutriū Roncilionū
Crapalica Bachane uetus tū nominis locus. Et
alii complures.

Phēaces populi fuerūt Corcyre īsulæ sub dictio
ne Alcinoi regis: de quibus Virgilius. iii. ēnei.

Protinus aereas phēacū ascēdimus arces.
Et Iuuenalīs.

Iam uacui capitis populū phēaca putauit.

Fuit autē Alcinous rex phēacū iustissimus dili
gēs q̄ hortorū cultor. De quo Virgil. ii. georg.
Pomaq; & alcinoi siluę. Et Ouidi. in. xiii. metha.
Proxima phēacū foelicius obsita pomis
Rura petunt.

Ad Alcinoū naufragus uenit Vlices: q̄ regio
cōuiuio suscep̄tus ē: errores q̄ suos enarravit:
discedēs q̄ multis ab eo muneribus donatus ē.

Pelasgia regio est europæ que prius thessalia di
cebat. Et ē circa extremā partē Macedoniæ uer
sus Achaiā. Pelasgi. n. dicti sūt a Pelasgo Louis
filio ut pleriq; uoluerunt.

Peligni populi fuerunt ī aprutio ubi erat Sulmo
oppidū Ouidi poetæ elegātissimi patria ipso
dicente in fine amorum.

Mantua Virgilio gaudet: Verona Catullo:
Peligne gentis gloria dicar ego.

Virgilius

Iuuenalīs

Virgilius
Ouidius

Ouidius

P elo pōnesus pene insula/ teste plinio li. iiii. puiss
cia est europei/ haud ulli terrenobilitate postfe
rēda/ inter duo maria/ ægeum & Ioniū: platani
folio similis: a Pe lope Tantali regis phrygū fi
lio denominata. Quę propter angulosos rece
sus qngēta sexagita tria milia passuum colligit:
Angustias siue isthmū pelopōnesi pfodere na
uigabili alueo tētauere Demetrius Rex/ Cesar
dictator/ Domitius Nero: ifausto (ut omnium
exitu patuit) ince pto. In ea Corithus/ Argos/
Mycene/ Lacedēmon/ patre/ Malea promonto
riū/ Epidaurus. Regiones Laconia/ Archadia/
Sicyonia. Ibi quoq; fuit Tirynthia urbs Argo
proxima: ex qua cum natus & educatus fuerit
Hercules/ dictus ē Tirynthius ut Macrobius pla
cet. Fuit aut̄ Iouis ex Alcmena filius: cuius lau
des & duros labores Virgilius ænei. viii. elegā
tissime descripsit.

Plinius

Hercules
MacrobiusVirgilius
Labores
Herculis

Hic iuuenu m̄ chorus/ ille senū q̄ carmine laudes
Herculeas & facta ferat. ut prima nouerç
Mōstra/ manu gemiosq; premēs eliserit agues.
Ut bello egregias idē disiecerit urbes
Troiāq; oechaliāq; ut duros mille labores
Rege sub Euristheo fatis iunonis iniquæ
Pertulerit. tu nubigenas inuicte bimēbres
Hileūq; pholiūq; manu. tu cressia mactas

Prodigia. & uastū nemeę sub rupe leonem.
Te stigii temere lacus te ianitor orci.
Ossa sup recubās antro semesa cruento.
Nec te ullae facies: nō terruit ipse typhoeus
Arduus arima tenēs. nō te rationis egentē
Lernęus turbā capitū circūstetit anguis.
Martialis li. viiiii. epygrāmatuim hęc sup addit.
Si cupis alcidę cognoscere facta prioris:
Disce. libyn domuit. aurea poma tulit.
Peltatā scythico discussit amazona nodo.
Addidit archadico terga leonis apro.
Aeripedē siluis ceruā. stymphalidas undis
Abstulit. a stygia cū cane uenit aqua.
Foecundā uetuit reparari mortibus hydrā
Hesperias tusco lauit in amne boues.
Quidā uero nō tirynthium! sed thebanū Her
culem dixere. Quatuor aut̄ fortitudine prestā
tes Hercules legimus: Tirynthium/argiuū/the
banum/& libym.

Pentapolis regio est iter palestinā & arabiā sita:
quę a quinq; ciuitatibus cognomen assūpsit.
Olim foecunda & uberrima fuit; nūc aut̄ deserta
atq; exusta. Nā p scelere incolarū de cælo ignis
descendit/ qui regionē illā in cineres æternos
dissoluit. Et ut Solinus scribit/ eam regionem
de cælo tactam testatur humus nigra & cinere

Solinus

soluta. Duo ibi oppida Sodomū noīatum alterum: alterū Gomorū. Apud quæ pomū quod gignit habeat licet specimen maturitatis mādi tamen nō potest. Nā uelleū pressā factū fumū exhalant & fatiscūt in uagū puluerē quasi ad huic ardeat. Est etiā pentapolis regiō i libya a quinq; ciuitatibus sic dicta. Quę & Cirenaica dicta ē: ut supra i Cirene pruincia scripsimus.

Peonia dudum fuit regiō ab herba peonia quę in illa abundat cognomiata: postea dicta Emathia. Sed eām iam esse partem macedoniæ Iustinius in. vii. scribit in qua regnasse ferē Telegonus pater Astriopei: cuius troiano bello inter clarissimos uindices urbis nōmē accepimus.

Persis siue persia prouincia est asie quæ teste Ptolemeo li. vi. terminatur a septentrione Medis ab occasu Susiana ab oītu solis duabus Camaniis i a meridie parte sinus persici. Eius oppida insignia sūt Axima Persepolis Diōspolis & Marasium. Cognomē sumpsit a Perseo anti quo rege. Ibi primū inuenta ē ars magica. Ad eam Nembroth gygas post confusione lingua rum abiit: persaq; ignem colere docuit. Oēs enī in ea regiōne Solē Deum esse dicit. Ab hac prouincia ut Plinius refert libr. xv. persica poma aduecta fuerunt. Et falsum est uenenata in

Iustinus

Ptolemeus

in. vii. 51

Plinius

Iustinus

persia gigni & poenarum causa a regibus trāſ
lata in ægyptum. Coaspis nobilis fluuius est
persidis regionis. Primus ex regibus persarū
reste Iustino li. i Cyrus fuit: qui deuicto Astya
ge ultimo Medorum Rege, imperiū Medorū
trastulit in persas. Cyrus itaq; subacta asia/uni
uersum oriētem in potestatem rededit. Ad po
stremum cū Scythis bellum itulisset, magnaq;
eos clade affecisset: Thamyris eo tempore scy
tharum Regina compositis insidiis ducēta mi
lia persarum cum ipso Rege trucidauit. Illudq;
memorable fuit/ q; neq; nuntius rāte cladis su
perfuit. Caput Cyri amputatum ī utrem huma
no sanguine repletum, cōiectum fuit cuīn hac
exprobratione. Satia te sanguine inquit, quem
siristi: cuiusq; insatiabilis semper fuisti. Regia
Cyri lapide cādido & uario extucta fuit, cum
colūnis aureis & lacunaribus, gēmisq; disticta.
Cōtinebat autē simulachrum cēli, stellis mican
tibus præsignatū, & cetera humanis mentibus
incredibilia. In perside quondam fuit Barbito,
oppidum; ī quo, ut Solinus restatur, mortales
universi odio auri coemunt hoc genus metal
licum; & abiiciunt in terrarum profūda: ne pol
luti usū eius auaritia corrumpat equitatem. In
ea regione lapidum tanta copia est, tantaq; di

Regia Cyri

Solinus

uersitas. ut longū pene sit ipsiſ vocabulis im
morari. In ea prouincia natā ferunt Sibyllā pri
mā cuius mētōnem fecit Nicanor qui res ge
ſtas Alexandri Macedonis scripsit. Eā de Chri
ſto hæc prēnūtiasse tradiderūt; Panibus ſimul
quinq; & pifcibus duobus hominū milia in he
remo quinq; ſatiabit; & reliquias tollēs duode
cim cophinos iimplebit in ſpēm multorum.

Pterophorus regio eſt apud ripheos montes/ut
lib. iii. plinius refert/pars mundi dānata a na
tura rerū/ & densa mera caligine. Neq; in alio
q; rigoris opere/gelidisq; aquilonibus cōcepta
culis. Pone eos montes/ultraq; aquilonē gens
foelix: quos hypboreos appellauere. Ibi credū
tur eſſe cardines mūdi/extremi q; ſiderū abitus.

Phoenicia regio eſt in syria/ a Phoenice rege ſic
cognominata. Iudeę cōtermina. Terra fertiliſ;
& frugibus foecunda. Phoenices tradunt litt
rarum gr̄carum fuſſe inuentores. De quibus
plinius lib. v. Gens phoenicū in gloria magna
eſt litterarū inventionis/ & ſiderum/ naualiūq;
ac bellicarū artium. Fama q; ppe eſt teste Cōrne
lio Tacito Cadmū claſſe phoenicū uectū rudi
bus adhuc gr̄corū populis eius fuſſe aucto
rem artis. Vnde Lucanus li. iii.
Phoenices primi(fame ſi creditur) ausi

Sibylla pñ
ma

Plinius

Cardines
mundi

plinius
cognominata

Cor. Ta;

Mansurā rudibus uocē signare figuris.
Et ut Pōponius scribit lib .i. Solers est hominū
gēnus; & ad belli pacisq; munia eximium/litte
ras aliasq; artes/ maria nauibus adire/ classe cō
fligere/ i peritare gentibus/ regnū preliūq; cōmē
ti. In ea est Tyros aliquando insula/ nunc an
nexa terris. Defecit ab impugnātē quondam
Alexandro. Est & opulenta Sydon: & anteq; a
persis capereſ/ maritimārū urbium maxima.
Est Carmelus mōs/ & Libanus mōs altissimus/
in quo thura legunē; cuius pārs quæ oriētem
spectat antelibanus uocatur.

P icenum regio est Italię/ quam a pico aue qui
olim in eorū uexillis cōsedisse fertur/ cognōia
ri uolunt: Nūc Marchia anconitana uocatur:
Incipit autē ab amnetroento. Asculū prāterla
bens usq; ad Isaurū fluijum/ qui nunc foliādi
citur. Et hinc apenīno/ hinc mari supo termina
tur. Eius clarissimæ sunt ciuitates. Pisaurū ciui
tas a Romanis cōdita. Fanūfortunę & Senagal
licę. Quas Senonū fuisse libro, iii. asserit Ptole
meus. Vrbinum uetus si noīs ciuitas p̄cēlebris
Federico duce/ Viro utiq; sūmis laudibus cele
brando. Qui & rerū gestarum gloria clarus/ &
litterarū studiis apprime eruditus fuit. Anco
na urbs uetus a Syracusanis conditai uini ac

Pōponius

Ptolemeus

frugum uberrima. Quę seruatę dudum liberta
tatis gloria decorač. Cuius portū Traianus im
perator insigni opere & tutissimū nauibus ex
truxit. Camerinū ciuitas in picentibus uetusſiſ
ſima. Firmū Romanorū colonia. Asculum ciui
tas uetusſiſima aliquando picentiū primaria.
Locus preualidus & munitissimus. Cui circū
ſtantes montes ſupereminent nullis penetrabi
les exercitibus. Ea genuit Ventidiū bassū ducē
Romanū: q̄ primus parthos fudit: & Nicolaū
iii. pōt. Ro. In hac regione ſūmo ī apenino eſt
cauerna īgēs Sibyllæ a uulgo appellata. Et pau
lo ſupius in Nursinorū agro lacus ille: quē ua
no ferunt mendacio pifcium loco dēmonibus
ſcatere.

P ygmei populi ſunt ī Arabſa minutū genus, ut
libr. iii. Pōponius refert. Quod pro ſatis frugi
bus cōtra grues dimicādo defecit. Sūt ibi mul
ta uolucriū multa ſerpentū genera. Ut autē ſcri
bit Plinius lib. vii. pygmei incolūt extrema mō
tium Indię/ ſalubri cēlo/ ſēperq; uernante/ mon
tibus ab aquilone oppositis. Quos a gruibus
infestari pdidit. Fama eſt inſidētes arietum ca
prarūq; dorsis/ armatos ſagittis ueris tempore
uniuerso agmine ad mare deſcendere: & oua
pullosq; earū alitū cōſumere: aliter futuris gre

Cauerna Si
byllę

Pōponius

Plinius

m i

- Gelius gibus nō resisti. Horū longitudo teste Gelio i
viii. acticarū noctiū non excedit pedes duos
& quadrātem. Quorū mulieres quīto anno pa-
riūt & octauo senescunt. Habēt singulare bellū
cōtra grues: & īpareſ aliquādo a gruibus p̄ aera
deportātur. De quibus Iuuenalī satyra. xiii.
Iuuenalī Ad subitas thracū uolucres/nubēq; sonorā
Pygmeus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hosti/raptusq; p̄ aera curuis
Vnguibus a ſequa fert̄ grue. Si uideas hoc
Gentibus ī nostris/risu quatiere! sed illic
Quāq; eadē affidue ſpecten̄ prelia: ridet
Nemo: ubi tota cohors pede nō ē altior uno.
Plinius P ifidæ populi fuerūt in asia minori/quondā So-
limi appellati/ ut libr. v. Plinius refert. Quorū
colonia Cēsarea/ eadem Anthiochia. Oppida
Oronda/ Agalesos.
Plinius P sylli populi ſunt in aphrica/ ut plinius ſcribit li.
vii. a Psyllo Rege dicti. Horū corpori ingenitū
fuit uirus exitiale ſerpentibus. Et ut Solinus re-
fert/ Soli morsibus anguiū non interibant. Vn-
de Lucanus in viii. Gēs unica terras
Incolit. a ſequo ſerpētum īnoxia morsu
Marmaridē psylli: par ligua potētibus herbis.
Hi liberos protinus genitos ſerpētibus offere-
bāt. Si partus adulteri effēt/mox paruuli interi-

bant. Si pudici/a morte paterni sanguinis priuilegiū tuebaſ. Eam gentē a Nasamonibus sublatam prodiderunt.

Phrygia puincia ē in minori asia/quæ a phrygio amne/qui illam a Caria diuidit/ cognomen accepit. Ut alii uoluerunt a Phrygia Cecrops filia. Fuit autem Cecrops primus Atheniensium Rex. In hac est Dardania a Rege Dardano Iouis filio cognōata. Quæ postea a Troo eius nepote Troia dicta fuit: in qua fuit Ilion urbs toto orbe famosissima/ & a clarissimis poetis decantata. Phrygia Troadi subiecta est/ ut Solino placet/aquilonia parte galatiæ collimitata. A meridiana lycaonię/pisidiæ/migdoniæq; cōtermina. A parte qua dies medius est/ Ida mōs est& Timolus croco florentissimus. Amnis pactolus/ quē aurato fluore decurrere tradūr. Aliter Chrisooram uocant. In his locis animal nascitur quod bonacum dicūr. Cui taurinum caput/ ac corpus omne: tantum iuba equina. Ex ea originem duxit Sibylla nona: quē uaticinata est Ancire. Tuba de cēlo uocem luctuō ſā emitter. Tartareum chaos ostender dehiſcens terra. Venient ad Tribunal Dei Reges oēs. Deus ipſe iudicabit pios simul & impios. Tunc demum impios in ignem & tenebras

Solinus

Sibylla

mittet. Qui at pietate tenent iterum uiuent.

Ouidius Pythagusa insula est in mari tusco contra capaniam sita. In qua oppidum fuit quodam in colle situm; nomine pythaguse. Ouidius. xiiii. methamorphoses eorum geneae nauigationem describens ait.

In arim proclyratq; legit: steriliq; locatas.

Colle pythagusas. Hanc olim simiarum foecum dissimilam nonnulli tradiderunt.

Achilles Phthia regio est thessaliq; Achillis patria. Ut Briseis in epistola ad Achilleum apud Ouidium.

Quam sine me phthiis canescat equora remis.
Et uideam puppes ire relicta tuas.

Et Virgilius primo genei.

Virgilius Veniet lustris labentibus aetas;
Cum domus assarici phthiā clarasq; mycenas
Seruitio premet: ac uictis dominabit argis.

Ouidius Phocis parua fuit helladis siue achaie regio. De qua Ouidius in primo metha:

Separat aonias atteis phocis ab aruis

Terra ferax. Ea regio teste Pöponio libr. ii.

Apollinis Delphici oraculo famosa est. Nam in ea sub Helicone monte est ciuitas Delphi ubi erat templum ditissimum Apollinis. Fons Castalius, & Cephisus amnis Delphos præterfluens. In ea quoque mons Parnasus altissimus. De quo Ouidius primo methamor.

Mōs ibi uerticibus petit arduus astra duobus
 Nominē parnasus: supatq; cacumine nubes.
 Horū utiq; alter helicon/ alter Citheron appellatur.
 Helicon alio noīe Cirrha cognōiatus ē:
 & Citheron Nysa. Citheron Bacho sacer ē. He-
 licon Apollini consecratus.

P ontus puincia est asiæ minoris/ ut li. v. mōstrat
 Ptolemeus: quæ ab occasu ore pōti & thracio
 bosphoro. A meridie regione quæ proprie asia
 dicitur. A septentrione parte Euxini maris ter-
 minaē. Est autē bithinię coniuncta. Cuius ciuita-
 tes isignes. Calcedon/ Nicomedia/ Aparnia &
 Nicea. Montes clari: Orminius & Olympus. In
 pōto regnauit Mithridates/ qui magna ui ani-
 mi & corporis p̄reditus Nicomedem Bithinia:
 Ariobarzanē cappadocia expulit: græciā: insu-
 lasq; omēs excepto Rhodo occupauit. Eubo-
 iam/ & ipsum græciæ decus Athenas expugna-
 uit: Bellūq; cum po. Ro. p̄ quadraginta annos
 magna uirtute gessit/ adeo ut Italiā iam ipsāq;
 urbem Romam regius terror afflaret. Quē L.
 Cornelius Sylla duobus p̄eliis attriuit. Arche-
 laumq; eius p̄fectū cum centum. xx. milibus
 equitū cōtra Ro. exercitū uenientē ita uicit &
 supauit: ut uix decē prælio supessent.

P orphyris insula est in laconico mari/ qnq; mili-

Ptolemeus

bus passuū distans a maleq; promōtorio: quæ postea Cithera dicta fuit ob memorabile tēplū Veneri sacrum. Est autē Malea promōtoriū pē loponnesi regionis quod teste Seruio super. v. ēne. per quinquaginta miliaria in mare protenditur: ubi unda adeo sœua est: q; persequi nauigātes appareat. Vnde Statius li. vii. thebaidos Et rauce circūsonat ira maleq;. Et Virg. li. v. ēne. Ionioq; mari maleq; sequacibus undis.

Aſſumpsitq; nomen a Maleo argiuorum regeret qui super illo ditissimum construxit templum Apollini sacrum quod maleoticū appellauit.

P rochyta insula est in mari tusco cōtra Cāpaniā sita de qua Virgilius. viii. ēne. Tum sonitu prochyta alta tremit. Et Ouidius. xiii. metha. In arimem prochytamq; legit. Inarimes mons fuit qui terremotum passus hanc fudit insulā quæ ab effusione prochyta est nuncupata.

P roconessus insula ē in propōtide quam solam inter alias habitari pleriq; dixerunt.

P rosopis insula ē ut scribit Herodotus in delta nili in qua est Ciuitas Atarbechis.

P rouincia regio est gallie narbonēsis rhodano amni finitima: qui eam a celtis diuidit.

R

ENVNTIATA insula ē in ethiopico mari: quę ut Plinius refert li. vi. adeo diues ē/ ut equos talētis auri īcole pmutēt.

Plinius

Rhetia puincia ē europæ/ quæ ut li. ii. scribit Prolemęs/ ab occasu limites habet mōtē Adulam & fontes Danubii & Rheni. Ab ortu amnē ly cium/ qui in Danubium exit: & Rhetiam a Vindelicia diuidit. A septētrionali parte Danubiū. A meridie alpibus terminatur supra italiā extensis. Videlicet supra eam partem italiæ/ quæ gallia cisalpina dicitur: seu ut nostri uoluerūt/ Lombardia. Post Rhetiam uersus orientem se quitur Vindelicia/ cui Noricū adh̄eret/ Eno tan tum fluuio disiuncta. Rhetiæ opulentissima ciuitas teste Prolemęo lib. ii. Brigantiū fuit. Sūt & aliæ urbes Bragodurum/ Dracuina/ Viana. Et ut Plinius refert libro. iii. in ea populi sunt Triumpilini/ Canuni/ Vēnotes/ Venonentes/ Eam nunc regionē pleriq; Bauariā appellāt.

Prolemęs

Riphēi populi sunt Asiæ uersus Arcton/ Vbi & montes Riphēi/ quos Riphaat filius Gomeri stituit: & a se Riphēos nominauit/ ut Iosephus refert libro primo antiquitatis iudeorum. Riphēi montes a perpetuo uētorum flatu uocantur. Virgilius. iii. geor.

Prolemęs

Gens effrena uirū riphēo tunditur euro.

Plinius

Iosephus

R̄ hodos i sula est pulcherrima lyciae/ut libro. ii.

Pōponius Pōponius refert/prima cycladum uenientibus ab oriente. In qua dū urbis fundamenta fodenſe renſe/roſe capulū inuentū eſt: a qua ciuitas & i sula cognoiata creditur. Nā Rhodos græce latine roſa diciſ. Cuius circuitū. C.XXV.M.pas. prodiderūt. Nunq̄ teste Solino/ita cælū nubilum eſt/ut in Sole Rhodos nō sit. In ea quōdā fuit/ut Plinius refert lib. xxxiiii.ingēs statua: quē Coloffū uocāt/turribus parē. Eā Solis Coloffū dixere:quē fecit Clares Lyndius Lysippi statuarii celeberrimi discipulus. Fuit enī altitudinis cubitorū septuaginta. Qui post qnqua gesimū annū terremotu pſtratus/iacens quoq; miraculo ē. Pauci pollicē amplectūr. Maiores sunt digiti/q̄ pleræq; statuæ. Duodecim annis tradunt effectū trecentis talentis. Sūt alii centū minores in eadē urbe: ubicūq; singuli fuissent/nobilitaturi locum. Vrbes in ea opulētissimæ. Lyndus/ex qua Clares statuarius supradictus genitus ē. Et Rhodus ciuitas nobilissima/quę portu insigni & situ munitissima eſt. Ea autē in ſula citris/& malis aureis/oleis/ac uitibus/fructibusq; omnis generis abundat. Rutheni populi ſunt gallię non lōge ab auernis & Santonibus.

R utili populi fuerunt italiæ non longe ab urbe Roma: ubi Ardea oppidum situm erat.

S

SABEI populi sūti Arabia/ apud quos thura/ plurimiq; odores nascun̄t. Cy namum legunt. Quod fructetū teste Solino situ breui nascit̄: ramo humili & repres so/nunq; ultra duas ulnas altitudinis. Quod gracilius prouenerit/eximiū magis dicitur. Verum legitur per sacerdotes hostiis prius c̄esis . Nec ortum solis anticipāt: nec egrediuntur occasum. Sabei quondā originem duxerunt a Sa ba nepote Cham/ ut Iosephus refert libro .i.an tiquitatis iudeorum.

Sabini populi fuerunt in italia haud lōge ab urbe Roma/ a religione & deorum cultu sic dici. Qui/ ut Plutarchus ī uita Romuli scribit/ciuitates sine moenibus incolebāt. Et ob raptas filias diu cū Romanis bella gessere. Sabini auctore Strabone lib. v. angustum incolunt agrū/ ī longitudinem protensum a Tiberi usq; No mētū oppidum stadiis mille usq; ad Vestinos. Paucas quidē ac tenues habēt urbes: bellorum assiduitate uastatas. Amiternum & Interocreatū uicum Reati finitimum.

Solinus

Iosephus

plutarchus

Strabo

Ptolemæus Sacæ siue Sacharū regio est in asia ultra mare caspium/Sogdianis cōtermina/ut libro vi.scribit Ptolemæus.In qua nec urbes nec uicos esse testatur.Sed incole eius regionis nemora & specus habitant/sagittandi arte peritissimi.Qui olim bactrianam puinciam occupauere:& optimā Armeniæ regionē adepti sunt/ut lib.xi.Strabo refert/atq; usq; ad Cappadocas processerūt: eos præsertim qui ad Euxinum uergunt.Sed cum ex spoliis festa celebrarent/persarū imperatores eos noctu adorti funditus deleuere.

Strabo Salamina īsula est ī euboico mari/cōtra Athenas sita.In qua urbs est eiusdē noīs: ubi Thelamone Aiakis & Teucri patrē regnasse ferūt.Sed cū Teucer a bello troiano reuersus fuisset:nec de inimicis Aiakis ultus fuisset: a patre expulsus/urbē aliā Salaminā in Cypro condidit.

S alassorū regio magna est auctore Strabone lib. iiii.profundā utrinq; uallem claudētibus rupibus.Eorū etiā pars in supiora extendit cacuminā.Aurifodinas habet.Quos Cesar Augustus funditus deleuit.Est autē regio galliæ alpina Boiis Eluetiisq; finitima.

Virgilius Salentinorū regio/quæ nūc ut pleriq; uoluerūt/terra Idrunti siue terra de bari nuncupaē/in Italia sita ē/& apuliæ finitima.De qbus Virgilius.

libro..iii.

Et salentinos obsedit milite cāpos In ea sunt ciuitates Rudia/Neritū/Aletiū/Bausta/Vxētū/ut Ptolemeus refert lib.iii. Est quoq; in ea Iapi giū promōtoriū/quod & Salētinū dicit. Ibi Mi neruę fanū aliquādo locupletissimū/ut Strabo ni placet.

Ptolemeus

Samaria regio ē palestinæ inter Iudeā & galileā sita. Dicta ē āt ab oppido Samaria: quæ quōdā ciuitas fuit regia in Israel. Ea nunc ab Augusti noīe Sebasta nūcupat. Incipit aut̄ a uico Genaniae in planicie posito. Mores & cultus tenet iudeorum.

Samarobring populi fuerūt gallie īter belgas. Et est locus ubi Cesar gallorū cōciliū idixit/ & ali quādo hyemauit/ac īpedimēta exercitus/obsides ciuitatū/ac frumētū reliqt. Hāc Cameracē ē esse urbē qbusdā placet/ quā Sabis fluuitis ī ē fluit. Ager fertilis opportuno loco cōstitutus.

Samos siue Samothracia insula est in ēgēo mari thraciæ adiacēs/ quæ prius Samos dicta est: postea ex cōmixtis Thracię incolis Samothracia dicta fuit. De qua Virgilius in vii. ēnei.

Virgilius

Threiciāq; samū/ quæ nūc samothracia fert̄. Est āt oliuetis foecūda/icolis frequēs & hospitibus celebrata. Fuit quōdā Iunoni dicatissima

eo q̄ i illa nata educataq; fuit: & Ioui nupta/ut
cantarissimi dixere poetæ. Ibiq; a Samiis nob̄
lissimum tēplum illi dicatū. Nam ante Iunonis
aram erat eius statua: qua nec pulchrius nec di-
tius quicq; est. Est. n. crinibus / frōte / & in omni

Pythagoras
Sibylla sa-
mia

bus membris suis admirabilis. Hęc fuit Pytha-
goræ patria & unius Sibyllarū. Illic primū ficti-
lia uasa facta dicuntur/ que & famia appellata
sunt. Ea priscis tēporibus Samos uocata est/ ut

Diodorus
Sibylla

Diodorus scribit lib. vi. Ab incolis qui ex thra-
cia eo profecti sunt/ dicta est Samothracia . In
Samo nata est sexta Sibylla: de qua scripsit Era-
thostenes. Eā de Christo p̄c̄inisse ferunt. Tu
enī stulta Iudea Deū tuum non cognouisti lu-
dentē mortalium mentibus / sed & spinis coro-
nasti: horridūq; fel miscuisti.

Sānium siue Aprutiū regio est italię/ inter picenū
campaniam & apuliā posita/ quæ insignes ha-
bet ciuitates: ut supra ī Aprutio descripsimus.
Sānires quondā ingenti clade Romanos attri-
uerunt. Nā apud Caudinas furculas Romanū
exercitū p̄glio uictū sub iugū miserunt: quos
L. Papirius Cursor omni bellica laude dignus
summa internitione deleuit: nec prius finis cę-
dibus datus / q̄ iugum hostibus & duci capto-
reposuit.

L. Papirius
Cursor

S^ántones populi fuerūt galliē īter aquitanos an numerati: Tolosatibus & Pictauis propinqui. Hos memorat C^aesar in comentariis.

S^árcagae populi sunt ut Pomponio placet iuxta meotidē paludē. Quorū oppida Murmetioni / Panthicapheū / Theodosia / Hermisium.

S^árdinia insula est inter aphricum & tyrrhenum pelagus sita. Quæ a Sardo filio Herculis ut Solinus refert nomē sortita fuit q̄ e libya ueniēs insulam occupauit. Cuius magnitudo in circuitu patet. dlxii. milibus passuū. Insula est ut Pomponio placet fertilis & soli q̄ cæli melioris. Atq; ut foecūda ita pene pestilens. In ea antiquissimi populorū sunt Iliēses. Vrbiū opulētissimē Caralis & Solci. In Sardinia nec serpēs neclupus gignitur. In metallis argētariis plura est ut Solinus scribit. Nā solum illud argēto diues est. Ibi nascitur herba sardonia: quæ si edatur uescentibus neruos contrahit. Stagna pisculentissima sunt. Fontes calidi & salubres aliquot locis: q̄ aut solidāt ossa fracta/ aut molliunt. Ocularias dissipant egritudines: & coanguendis ualent furibus. Nā quisquis sacramēto raptū negat/ detegiē facinus cœcitate. Ibi Sardonix lapis coloris rubei primū comptus est. Sardiniam Timeus Sandaliotim appellauit ab

C^aesar
pōponius

Pōponius

Solinus

Cōtra fureſ

Plinius effigie soleæ ut libro tertio . Plinius refert.

Prolemæus S armatia prouincia est Europæ quæ ut li. iii. scribit Ptolemæus / a septentrione oceano terminatur / ab occasu parte germaniæ / a meridie lazigi bus metanastis. Cuius insignes ciuitates. Tamyraca / Naubarū / Olbia. Eam nunc pleriq; Russiam & Tartariam esse crediderunt. Gens est ut Pomponius refert / habitu / armisq; parthicæ proxima / uerum ut celi asperioris / ita ingenii. Non se urbibus tenent / et ne statis quidem sedibus. Ut inuitauere pabula / ut cedens & sequens hostis exigit / ita res opesq; secum trahēs. Semper castra habitat / bellatrix / libera / idomita / & usq; eo imanis atq; atroc / ut foeminæ etiam cum uiris bella ineant.

Prolemæus Est etiam Sarmatia in Asia / ut libro quinto refert Ptolemæus / quæ a septentrione terra incognita terminatur / ab occasu Sarmatia Europæ & tanai fluuio. Cuius ciuitates insignes sunt / Hermonasa / Oenanthia / Tyramba / Tanais & Nauaris. Caucasii montes sunt in Sarmatia asiae / ut libro . v . refert Prolemæus. Portæ uero Casię magno errore a multis caspię dictæ / ut Plinius auctor ē / ingens naturæ opus & mōtibus interruptis repente ibi fores obdite ferratis trabibus.

Sartę populi sunt europeę scythię cōtermini; qui ut Pomponius scribit auri argentiq; maxima rum pestium ignari uicę rerum cōmertia exer cent. Atq; ob seuā hyemis admodum assidue demersis in humum sedibus: specus aut suffos sa habitant totum brachati corpus; & nisi qua uident etiam hora uestiti.

Satagyte populi fuerunt in scythia asię ut libro iiii. scribit Herodotus:

Satarchae populi sunt in Scythia; qui teste Solino usu auri & argenti damnato in æternum se a publica auaritia abdicauerunt.

Satyri sunt in Aphrica; ut Pomponius refert in confinibus ethiopię: Quibus præter figuram nihil moris humani. Ut autem Plinius scribit libro septimo Satyri sunt sub solanis Indorum montibus pernicissimum animal tāquam quadrupedes: tam recte currentes humana effigie: ut propter uelocitatem nisi senes aut ægri non capiantur. Hieronymus uero in uita Pauli de his ita scribit. Cum beatus Antonius ad Paulū pgeret: uidit homūculū aduncis naribus & frōte cornuta: cui extrema corporis in caprarū pedes deficiebāt. Et cū qs nā esset interrogasset Antonius: respōdisse ferē. Mortalis ego sum;

Herodotus
Solinus

Pōponius
Plinius

Hierōymus

unus ex accolis heremi: quos uano errore de
lusa gētilitas Faunos satyrosq; & icubos colit.

S atyronū insulæ sunt tres cōtra Indiā extra gāgē
ptolemēus sitē/ut lib. vii. refert ptolemēus. Qui habitant
caudas habere dicūt: quales satyris pingunt.

S auromatæ populi sunt/ut libr. iii. scribit Hero
Herodotus datus ultra paludē meotidē uersus boreā con
stituti/quos plinius lib. iv. dixit esse scytharū
gentes/quas Sarmatas Romani appellauerūt.
Greci uero Sauromatas. Qui nihil pr̄eter niues
raraſq; siluas habēt: q̄busq; tāta est barbaries:
ut pacē non intelligāt. Ideo satis Augusto ui
sum est/eos p Lentulū prohibere Danubio.

S axones populi fuerunt germaniæ non longe a
Ptolemēus cimbris/ ut libr. ii. scribit ptolemēus/in oceani
septentrionalis litoribus & paludibus inuiis
constituti. Viri bellicosi/ uirtute atq; agilitate
habiles. Durū & ualidissimū genus hominū/
& prestans ceteris piraticis. Qui cū Carolo Ma
gno tres & triginta annos diu uariāte uictoria
bellum gessere. Tādem apud hesam fluum
uictos dicioni suæ parere coegit.

S candinaia insula est oceanī septentrionalis/ ī co
dano sinu posita. Eam incomptæ magnitudi
nis plinius lib. iv. esse attesta. portio tantum
eius nota est Hilleuionū gente/ quingētis inco

lente pagis. Eam alterum orbem terrarum esse
crediderunt.

Scardona insula est in mari adriatico; adiacēs illyrico; ut lib. ii. refert Prolemeus. In qua ciuitates duæ. Collentū & Arba oppidū ficubus optimis abundās.

Sparta urbs est pelopōnesi; quæ teste Eusebio/a Spartho Phoronei filio cōdita est. Ea alio nomine lacedēmō appellatur; a qua regio ipsa lacedēmonia seu spartana dicta fuit. Est autē laciōniæ ciuitas. Laconia uero regio peloponnesi. Fuit autē ciuitas græciæ insignis & præstantissima: quæ diu cū Atheniēsibus grauia bella gesit. Atq; ita duo potētissimi græcię populi institutis Solonis & Lycurgi in bellum ruerunt. Lycurgus siquidē ut Iustinus refert lib. iii. Sparta nis leges iſtituit: nō inuentione earū magis q̄ exēplo clarior. Nihil. n. ulla legeī alio sanxit: cuius nō ipse primus in se documēta daret. Populum in obsequia principū: p̄cipes ad iustitiā impiorū firmauit. Parsimoniā omnibus sua sit. Emi singula nō pecunia! sed cōpensatione mercium iussit. Auri argētiq; usum uelutoīum scelerū materiam substulit. Fundos oīum ēqua liter diuisit. Cōuiuari omēs publice iussit. Iuuenibus nō amplius una ueste uti toto anno per-

Prolemeus

Eusebius

Iustinus

n i

missum. Statuit uirgines sine dote nubere. Maximum honorē non diuitum & potentū! sed pro gradu ætatis senum esse uoluit. Spartanis uirginibus/ut scribit Cicero in.ii. tusculanarū quæstionū/magis palestra/sol/puluis/labor/& militia ī studio est: q̄ fertilitas barbara filiorū. Vnde & uarium habitū ab aliis uirginibus ferre cōsueuerant: dicēte Virgilio.i.ænei.

Virgilius
Virginis os habitūq; gerēs / & uirginis arna
Spartanæ.

Plinius
Fuit autē lacedēmon Chilonis philosophi patria/ut Plinius refert libro vii. Lampido quoq; lacedēmonia una foeminarum ī omni ēuo foelix refertur: que Regis filia/Regis uxor/Regis mater fuit.

Pōponius
S ena insula est/ut lib.iii. Pōponius scribit/in Britannico mari/ aduersa littoribus galliæ/ numinis oraculo insignis. Cuius antistites ppetua uirginitate sancte numero nouem esse traduntur. Gallicenas uocant: putatq; ingenii singulibus præditas: maria ac uentos cōcitare carminibus: seq; in quæ uelint animalia uertere. Sanare quæ apud alios insanabilia sunt. Scire uentura/& prædicare! sed non nisi dedita nauigātibus/& illuc tantum/ut se consulerent profectis.

Cicero

S ceniæ populi sūt arabiæ nobiles monte cassio/
qui teste Solino tētoriis succedūt: nec alias do-
mos habēt. Ipsa autē tētoria caprarū pilis texta
sūt. Suillis carnibus pr̄sus abstinēt/ Nā hoc ani-
mali si uectū illo fuerit/ illico moritur.

S enones populi fuerūt galliæ inter Celtas/ finiti-
mi Belgis/ Parisiis/ ac Carnutibus: quos Cēsar
bello domuit. Sed quōdā ducē Breno cū exer-
citū trecētorū miliū Romā uenientes/ ipsā diri
puerūt & incēderūt. Quos Furius Camillus su-
bito aggressus adeo cēcidit/ ut oīum icēdiorū
uestigia gallici sāguinis undatione deleret.

S eres siue serica regio est in asia: qua ab scythico
oceano & mari caspio in oceanum eoum cur-
sus inflectitur. Hi ex foliis arborum uellera de-
pectunt/ ut Solinus refert. Hoc illud est sericū/
quo ostentare potius corpora q̄ uestire/ primo
foeminis: nūc eti am uiris persuasit libido. Vir-
gilius primo geor.

Velleraq; ut foliis depectūt tenuia seres:
Populi sūt mites/ & in re se q̄etissimi. Reliquo
rum mortaliū coetus fugiūt: adeo ut cæterarū
gentiū cōmertia abnuāt: depositarūq; rerū pre-
tia sine interprete oculis æstimātes/ sua tradūti/
nostra non emunt.

S eriphus īsula ē in mari ēgeo una ex cycladibus

Solinus

Camillus

Solinus

Virgilius

- Strabo** ut libro. x. Strabo refert in qua uulga ē Dicten piscatorē archam adduxisse retibus: in qua Perseus cum matre Dana positus tenebatur. Cum Acrisius pater Dana utrūq; abiecisset in mare. In ea insula educatū fuisse Perseū proditur: qui cum caput Gorgonis Seriphīis ostēdisset: universos mutasse fertur in lapides / idq; in matris ultionē factitasse. Quam fabulā ideo fictā esse puto: q; tota insula admodum est lapidosa.
- S**equani populi fuerūt galliæ inter celtas aūnume rati. Hodie burgundię ducatū incolētes helue tiis / heduis / ac lingonibus finitimi.
- Strabo** Stechades insulæ sūt numero quinq; in mari gallico. ut libro. ii. refert ptolem̄eus: in fronte Narbonēsis p̄uincia. Dicunt autē gr̄ce Stechades quasi in ordines sint positæ. Earum tres digna satis amplitudine sūt: duæ uero perexiguæ/ ut libro quarto Strabo auctor est.
- Martialis** Sycambri populi sunt germanię. de quibus Martialis in primo.
- Ptolem̄eus** Crinibus in nodū tortis uenere sycābri. Sūt n. circa rhenū positi. ut li. ii. refert ptolem̄eus. q; & colorare crines & Calamistrare Romanos ipulerunt oblectatos capillorū pulchritudine.
- Iustinus** SICILIA Insula est Italiæ pulcherrima: a Siculo Neptuni filio dicta: quā auctore Iustino li. iiiii.

ferūt angustis quōdā faucibus italię adhēsiſſe
direptāq; uelut a corpore maiore/ iimpetu ſupe-
rioris maris. De qua Virgilius. iii. ænei.

Virgilius

Hæc loca ui quondā & uasta cōuulſa ruina
Tantū æui longinqua ualet mutare ueruſtas:
Dissiluſſe ferūt. cū protinus utraq; tellus
Vna foret. Eam græci Siceliam dixere. A poe-
tis uero Trinacria dicta fuit: ppea q̄ triangula-
ris describitur. Quorū unus qui in meridiē uer-
git/ Pachynus dicit̄. Alter Pelorus/ qui ad ſep-
tētrionē ſpectat: & ab Italia mille q̄ngētis pas.
diſtat. Tertius Lilybeus/ qui Carthaginē ma-
xime ſpectare uidetur: & ab aphricæ littoribus
CXX. milibus pas. diſtare pdiderunt. Præterea
Sicania denominata eſt/ a Sicanis hispanię po-
pulis qui duce Sicano primū in italiā ueniffe di-
cuntur. Mox ipſi pulsi insulam occupauerunt.
Hęc a principio ut ſupiori libr. Iuſtinus ſcribit
patria Cyclopū fuit. Quibus extinctis Aeolus
regnū insulæ occupauit. Fuerunt aut̄ Cyclopes
uiri gigantes/ qui in Sicilia iuxta Aetnā degen-
tes unicum tantum oculum in medio frontis
habebant. Vnde Virgilius. iii. ænei.

Trinacria

Sicania

Iuſtinus
Cyclopes

Virgilius

Ignariq; uię cyclopū allabimur oris. Etī. xi.
Exulat etneos uidit cyclopas ulixes.
In ea ſunt ciuitates illuſtres. Messana/ Catina/

n iii

Syracuse Panormus Erix & Leontinū: patria
Gorgie philosophi & oratoris præstannissimi.
Ibi Arethusa fons est in quo ut Pomponius re-
fert uisum ē iacta in Alpheū amnē peloponnesi
littori ifusū. Vnde crediſ subter maria terrasq;
depressus huc agere alueū. Eminet insula mon-
tibus etna & Erice. Vulcano etna sacer est. Erix
Veneri. In ætnæ uertice / ut Solinus tradit / hia
tus duo sunt / per quos erūpit uapor premisso
prius fremitu & mugitu. Mirū hoc est / q̄ i illo
feruēti incēdīo mixtas ignibus niues profert.
Ita inuicta in utroq; uiolentia / nec calor frigo
re mitigatur: nec frigus calore dissoluitur. Est
& mons Nebrodes: cui damarū copia nomen
dedit. Quicqd sicilia gignit / siue soli siue ho-
minis ingenio optimum iudicatur. Est aut fru-
gum fertilissima / auro abundās. In ea primum
cōmissa semina terræ. Nam Ceres īde magistrā
sationis. Hic primum inuēta comoedia. Hinc
& cauillatio inimica in scena stetit. Hinc Archi-
medes qui siderū disciplinā machinatus fuit.
Hic uasti specus lestrygonū sedes. Hic campus
etnēsis in floribus semper & omni uernus die.
In ea sal Agrigentinū: quod si igni iunxeris /
soluitur. Si liquoraque proximauerit / crepitat
ueluti torreaſ. In ea fons est q̄etus & trāq;llus;

Pōponius

Solinus

Miraculū
de sale

si tibi insontent exultabundus ad cantū eleuatur: & ultra marginēs ītumescit. Ibi fōtes duo/ alterum si sterilis sumpserit/ foecunda fiet: alterum si foecunda uertitur ī sterilitatem. In lacu agrigentino oleum supnata. Achatem lapidē Sicilia edit/ qui uarias præfert rerum imagines.

Vnde anulus Pyrrhi Regis/ cuius gēma Achates erat nouem musas habebat cum iſignibus suis. Achates sāguineis maculis irrubescit. Ambitus huius iſule teste Solino clauditur stadio rum tribus milibus. Diodorus in. vi. dixit quatuor milibus trecentis sexaginta.

Sicyonia insula est ī mari ægeo ex opposito ad Epidaurū urbem Argiæ regionis pelopōnesi, quam altam esse & eminentē ostendit Plinius. Et Iuuenalis satyra .iii. Hic alta sicyone. Est et urbs Achaię in laconia. Vnde & laconia quandoq; sicyonia dicta fuit/ oliuetis abūdās. Vnde Virg. ii. geor. Teri sicyonia bacca trapetis.

Syllura insula est in oceano gallico/ non longe a britannia. Cuius hoīes /ut Solinus scribit/ nundinas ac numos refutant. Dant res & accipiūti mutatiōibus necessaria potius q̄ pretiis parāt. Deos percolunt. Scientiam futurorum pariter uiri ac foeminæ ostentant.

Sinaptodes populi fuerūt ī desertis aphricæ qui n. iiiii

Miraculū fontū

Anulus pyr

rhi

Solinus

Diodorus

Iuuenalis

Virgilius

Solinus

- Pōponius** ut Pōponius refert/ inflexi lētis crūibus serpē
re magis q̄ ingredi referuntur.
- Ptolemeus** **S**inarū regio ut libr. vii. refert Ptolemeus termī
natur a septētrione parte serū. Ab ortu solis ter
ra incognita. Ab occasu India extra gangem.
Est aut̄ prima terrarum uersus orientē. Vrbium
quas habet clarissimæ sūt Aspitra/Tine metro
polis/Cattigara. In quibus bis in anno Sol fit
supra uerticem incolarum.
- Plinius** **S**ciopodæ populi sunt in aphrica/ut libr. vii. Pli
nius scribit. Qui in maiore æstu humi iacentes
resupini umbra se pedum protegunt. Nō lōge
eos a Trogloditis abesse.
- Herodotus** **S**iphnos insula est in mari ægeo: in qua ut libro
iii. scribit Herodotus/argentifodinę & aurifo
dinæ multe erant.
- Ptolemeus** **S**yria prouincia est asiæ/ quæ ab oriēte fluuio Eu
phrate. Ab occidēte nostro mari & egypto ter
minatur. A septentrione habet Ciliciam & par
tem Cappadocię. A meridie Arabiam. Cuius i
signes ciuitates/ut lib. v. refert Ptolemeus/sūt
Laodicia/Hierapolis/Anthiochia/Apamia/Pal
mira/Heliopolis/Ptolemaida/Sidon/Tyrus/
Beritus/Botris/Tripolis/Byblus/Seleucia/Ce
sarea/& Damascus urbs nobilissima caput Sy
riæ. Vnde Damascena pruna. Montes clari.

Carmelus/ Casius/ Libanus. Fluuii illustres.
 Euphrates/ Crisoras/ Singas/ & pars Iordanis.
 Regiones i ea sūt phoenicia/ palestina/ iudea/
 Idumea/ Comagena/ & Samaria. Syria littus
 maris occupat/ quondā terrarū maxima: ut li.
 v. Plinius auctor est: quæ pluribus distincta ē
 noībus. Nāq; palestina uocatur/ qua cōtingit
 arabas & Iudea & Coele. Dein phoenice & in
 tus Damascena. Longitudo eius inter Ciliciā
 & Arabiā. cccdlxx. mil. pass. Latitudo a Seleu
 cia ad oppidum Zeugmā in Euphrate. dxxxv
 mil. pass. In ea mons Casius. Cuius excelsa al
 titudo quarta uigilia orientē solem p tenebras
 aspicit: & breui corporis circūactu diē noctēq;
 pariter ostendit. Altitudo montis p directum
 iiiii. mil. pas. Regio est fertilissimā nobilis situ/
 diuitiis soli/ & aquis amoenis/ mari proxima.
 Vbi nobiles portus cōmertio orbis accommo
 dati. Auri argentiq; ditissimā. Ibi maxima cæli
 tēperies. Nā cū in medio orbis cōstituta sit: nec
 nimio algore riget: nec maximo calore torreſ.
 In ea quondā ut Iustinus scribit lib. xl. ingens
 terremotus fuit/ quo. clxx. hominum milia &
 multæ urbes perierunt.

S cyritæ gentes sūt inter Nomadas indos/ ut Pli
 nius refert libro. vii. quę nariū loco foramina

Plinius

Casius mōs

Iustinus

Plinius

tantum habent.

S cyrus insula est ī mari ægeo: Homeri sepulchro ueneranda. & Lycomedis regis patria. In qua Achilles sub puellari habitu adoleuit: atq; eius regis filiā Deidamiā grauidauit: quę ab insula ipsa Scyrias nonnunquam nominatur. de qua Ouidius in primo de arte.

Scyrias ἐμονίο iuncta puella uiro.

Patet lōgitudine/ teste Plinio: uiḡtiquinq; mi libus passuū ex qua lapidē integrum fluctuare tradunt: eundem cominutum mergi.

S cythia puincia ē septētrionalis quā fluuius Tanais diuidit/ ita ut pars una in europa cōsistat: altera in asiā protēda ē. Scythia europea ad thraciam termina ē. In ea rēgio est ditis admodū soli/ ut li. ii. pōponius refert/ inhabitabilis tamen quia Gryphi s̄euū ferarū genus aurum terra penitus egestum mire amāt/ mireq; custodiūt: & sunt infesti attingētibus. Hominum primi Ari maspi: quibus singuli oculi esse dicun ē. Ab eis Cendones usq; ad meotida. Ibi Boristenes/ qui gentē sui noīs alluit: iter scythię amnes amoē nissimus/ defluit liquidissimus/ placidior q̄ cæteri/ potariq; pulcherrimus. Alii magnos pisces q̄bus & optimus sapor/ & nulla ossa sūt. Eam gentē Magog Iaphet filium magogas a se no

Achilles

Ouidius

Plinius

Boristenes
fl. Scythię

96

minatos primū instituisse ferunt: qui nūc Scythæ dicunt ut lib. i. antiquitatis iudeorum Iosephus refert. Scythia uero in asia cōstituta elegatissime a Iustino lib. ii. describit in hunc modū. Scythia in orientē porrecta includit ab uno latere ponto & ab altero mōtibus ripheis. A tergo Asia & Tapsi flumine. Multū in longitudinē & latitudinem patet. Hominibus inter se fines nulli. Neq; n. agrū exercent. Nec domus illis ulla aut tectū aut sedes est: armēta & pecora semper pascentibus: & pīcultas solitudines errare solitis. Vxores liberosq; secū in plaustris uehūt. Quibus coriis hymbriū hyemisq; causa tectis pīdomibus utunūt. Iustitia gētis ingenis culta nō legibus. Nullū scelus apud eos furto grauius. Quippe sine tecto munimētoq; pecora et armēta hēntibus qd saluū esset si furari liceret. Aurum et argentū proinde aspernantur: ac reliq; mortales appetūt. Lacte & melle uescūt Laneus usus ac uestiū ignotus. Et qd cōtinuis frigoribus urāt: pellibus tamē ferinis aut mūnis uestiūt. Hēccōtinētia illis morū quoq; iustitiā dedit nihil alienū cōcupiscētibus. Quippe diuitiarū cupido ibi ē ubi & usus. Atq; utinā reliq; mortalibus simul moderatio & abstinentia alieni foret. Profecto nō bellorū tātū pī oīa

Secula terris omnibus cōtinuaretur: neq; plus
hominū ferrū & arma/ q̄ naturalis fatorum cō
ditio raperet. Profsus ut admirabile uideatur:
hoc illis naturā dare: quod gr̄ci lōga sapiētū
doctrina/pr̄ceptisq; philosophorū cōsequi nō
queunt: cultosq; mores inculte barbariæ colla
tione superari. Tanto plus i illis proficit uitio
rū ignoratio: q̄ in his cognitio uirtutis. Scythes
ab alieno imperio aut intacti/ aut inuicti māse
runt. Darium regē persarū turpi a Scythia sum
mouere fuga. Cyrū cum omni exercitu trucida
runt. Alexādri magni ducē cum copiis uniuer
sis deleuerūt. Romanorū audiuere:nō sēsere ar
ma. Gēs & laboribus & bellis aspera. Vires cor
ponū imēsæ. Nihil parauere qđ amittere timeāt
Nihil uictores pr̄ter gloriam cōcupiscunt. Ea
quoq; puincia/ut Solinus refert gignit smarag
dū lapidē: quo nil iocūdius/nil utilius uident
oculi. Smaragdo tertiā inter lapides dignitatē
Theophrastus dedit. Nobilia ap̄d Scythes flū
mina Mandrageus & Caspasus/ut plinius re
fert libro. vi.

Sithonia regio est littoralis Macedoniæ uersus ^{athion mō}
Thermopōtum: in qua mons est Sithon q̄ ma
xime niuosus. De quo Virgilius ultia egloga.
Sithonia sq; niues hyemis subeamus aquose.

Solinus

Plinius

Virgilius

Est etiam in ea locus dictus canis / ubi Hecuba
in canē cōuersa memora ē. De qua Ouidius.

Veterumq; diu memor illa malorum.

Tū quoq; sithonios ululauit mesta p agros.

S cythotauri populi sunt scythiæ / qui ut Solinus
scribit pro hostiis aduenas cēdere cōsueuerūt.

S oanes populi sunt in asia / Caucasi extrema ob
tinentes / ut libr. xi. Strabo refert. Qui ui ac po
tentia præstant. Gentibus circūuicinis dominā
tur. Ducenta hominū milia cogunt i exercitū.

Veneno ad spicula mirifice utuntur.

S ogdiana puincia est asie / quæ ut libr. vi. refert
Ptolemeus / a septentrione parte scythiæ termi
na ē. Ab oriēte Sacis. A meridie & occasu bac
trianæ. Cuius ciuitates insignes sunt Oxiana /
Maruca / Drepса / & Alexādria. Quā ut Solinus
refert / Alexander Magnus tertīā cōdidit ad cō
testandos itineris sui terminos. Hic locus est /
in quo primū a Libero patre / post ab Hercule /
deinde a Semiramide / postremo a Cyro aræ sūt
constitutæ. Quod p̄ximū gloriæ omnes duxe
rūt illo usq; promouisse itineris sui metas. Tra
dunt etiā Alexādrum Macedonē Paracandam
urbem in Sogdiana cōdidisse. Et Cyrā ultimū
Cyri opus / ut libr. xi. Strabo refert. Nemineq; ad
uersus Sogdianos exercitū duxisse pdidit.

Solinus

Strabo

Ptolemeus

Solinus
Alexāder

lis

Iter Hercu
& Alexādri

Strabo

Solis insula est in mari indico rubens semper &
Solinus ut Solinus refert omni animatum generi inac-
cessa. Quippe quae illuc ingressos uis circufusi
aeris exanimet confessim. Ibi rara incolitur re-
gio ob aestus intolerabiles.

Solymi populi fuerunt iuxta lyciam/ quos Home-
Homerus rus scribit pugnacissimos fuisse/ & a Belloro-
phon te deuictos.

Sporades insulæ sunt plures circa Cretam & in car-
pathio mari/ ut lib. x. Strabo refert. Et appellat
eas Sporades id est dispersas. Inter quas annu-
merat Theram/ Anaphen/ Ilon: in qua Homerum
sepultum esse aiunt. Sicenum/ Lagusam/ & Pho-
legandrum/ Astypaleam/ & alias cōplures.

Strōgile insula ē in mari ægeo/ una ex eoliis sic
dicta q̄a sit rotunda & globosa: qđ Strongylon
græce designat. Aeoli domus. Ex cuius fumo
īcole prenoscunt qui nā ueti in triduo sunt futu-
ri. Hęc ut Plinius scribit lib. iiiij. uinearū fertilis
ē. Cuius ambitus patet. lxxv. milibus passuum.

Plinius **S**trophades sunt/ ut Plinius refert libro .iiii. iſu-
le duæ in mari Ionio ante Cephaloniā insulā
positæ/ prius dictæ Plotæ/ Harpyarū patria: quæ
ex Archadia per Zetū & Calaim filios Boreæ &
Orithiæ pulsæ/ & ad insulas Plotas euolantes/
Strophades uocauerunt. Et sunt contra Epirū

Harpye

sitę ut Pomponio placet. Harpyę autem sicut de
scribuntur a Virgilio. lib. iii.

Pōponius
Virgilius

Virginei uolucrū uultus / foedissima uētris
Proluuies / uncæq; manus / & pallida semper
Ora fame.

Sueui populi fuerunt Germaniæ / Bauaris finiti
mi / plusq; centum pagos habentes. Gens uali
da & bellicosissima germanorum omniū. Lau
dem putat esse maximam / latissime a suis fini
bus agros uacare / & uastatis circū se finibus so
litudines habere. Hoc proprium uirtutis existi
mantes neminem prope illos audere consiste
re. Inter hanc gētem sunt ciuitates & loca mul
ta insignia Bauarię / quod uetus est dominiū.
De his Lucanus scribit.

Fundit ab extremo flauos aquilone sueuos.

Lucanus

Susiana prouincia est Asiæ / ut libro sexto refert
Ptolemeus. Quę a septentrione terminat assy
ria. Ab occasu Babyloniæ adhæret. Ab oriente
habet Persideim. A meridie partē persici sinus :
Cuius ciuitates insignes Tariana & Susa oppi
dum nobilissimum. In quo templum Dianæ
Susiæ.

Ptolemeus

T

LALGE insula est in mari hyrcano/ut
Pomponius refert sine cultu fertilis :
omni fruge ac fructibus abūdās ! sed
uicini populi quæ gignunt̄ attingere nephas/
& p̄ sacrilegio habēt: diis parata existimantes/
diisq; seruanda.

Dionysius **T**amaritæ populi sunt in asia nō longe a Caspio
mari: q̄ teste Dionysio olim Bachū ab Indorū
uictoria redeūtē non solū excepunt hospitio !
sed ēt solēnia illi sacra cōstituerūt/agitātes cho
reas circa torcularia quo ad spumarent musto.

Solinus **T**hanathos insula est in oceano gallico/ Britan
nię pxima/ ut Solino placet/ frumentariis cāpis
foelix & gleba uberi. Nectantum sibi soli/ ue
rum etiā aliis locis salubris. Nā cum in ipsa nul
lus anguis uiuere possit: a portata inde terra
quoquo gentiū inuenta sit/ angues illico peri
mit. Dicta ergo est thanathos a morte serpētū.
Thanathos. n. a nostris diciēt mors: & ide atha
nathos immortalis .

Tapsus insula est Siciliæ proxima/ uersus syracu
fas/ pene fluctibus par. Virgilius. iii. geneidos .
Tapsumq; iacente in.

Solinus **T**aprobane grandis admodū insula est in mari
indico inter ortū occasūq; solis/ ut Solinus re
fert. Paret i longitudine stadiis septē milibus.

in latitudine quinq̄ milibus. Scinditur amne
 interfluo. Nam pars eius bestiis & elephantis
 repleta ē/ maioribus multo q̄ quos fert India.
 Partē homines tenent. Margaritis scatet et gē
 mis oībus. Nulla in nauigando siderū obserua
 tio. Ibi septentriones nequaq̄ aspiciunt̄. Lucet
 ibi canopos sidus clarū et amplissimū. Hoīes
 corporū magnitudine alios ātecedūt. Ceruleis
 oculis/ atroci uisu/ terrifico sono uocis. Viuūt
 ultra ānos centū/ et pene ultra humanā fragili
 tate. In Regis electione nō nobilitas præualet!
 sed suffragiū uniuersorum. Populus .n. eligit
 spectarum moribus et inueteratę clemētię et iā
 annis grauē. Sed hoc in eo quæritur cui liberi
 nulli sint: idq; maxime custoditur/ ne faciat he
 reditariū regnū. Deinde etiā si Rex maximam
 præferat æquitatē/ nolunt ei totum licere. Qua
 draginta ergo rectores accipit/ ne ī causis capi
 tū solus iudicet. Et si iudicatū displicuerit/ ad
 populū prouocat̄. A quo datis iudicibus sep
 tuaginta/ fertur sentētia: cui necessario acquie
 scitur. Si Rex ī aliquo peccato argutus sit ac re
 uictus/ morte mulctā. Culture student uniuer
 si: Interdū uenatibus indulgēt. Vites nesciunt.
 Pomis abundāt. Marinas testudines cape gau
 dent. Quarū tanta est magnitudo/ ut supficies

Optia regis
electio

oi

- earum domū faciat. Ad gratiā poculorū oīum
gēmarum adhibēt apparatū. Vrbes ī ea nō sūt!
sed uici septingenti. Plinius lib. vi eadem pene
scribit; adiiciens q̄ oppida q̄ngenta in ea com
perta sunt. Ptolemeus aut̄ refert libr. vii. ibi na
sci berillos & iacinctos. Auro argentoq; abun
dare. Cuius insignes ciuitates sunt Talacoris
emporiuī/ Agabida/ & Maugramū metropolis.
Ante eam mille trecentas & septuagītaocto in
sulas esse prodidit: quarū decem & nouē noīa
posuit. Reliquas sine noīe esse testatur.
- Plinius
- Ptolemeus
- Strabo
- Tāpyri populi sunt in parthia/ ut libr. xi. Strabo
refert/ quibus mos est/ ut pprias uxores aliis ui
ris nuptui cōcedāt/ cum duos tres ue filios ex
eis suscepint/ ultro eas recipiūt.
- Taraconia regio maxima ē hispaniē/ quæ ut Pō
ponius scribit libr. ii. altero capite gallias: alte
ro Beticam/ Lusitaniāq; contingēs mari latera
obiicit: nostro qua meridiē/ qua septētrionem
spectat oceano. Vrbium e mediterraneis claris
simæ fuerūt Pallātia & Numātia: nūc est Cēsa
rea Augusta. Eā regionē uersus orientē Tarra
coniæ & Cateloniae regnū appellāt. Pars septē
trionalis regnum Nauariæ nūcupaē. In ea teste
Ptolemeo lib. ii. sunt ciuitates insignes. Asturi
ca/ Augusta/ Clūma/ Cēsarea augusta/ Toletū:
- Pōponius
- Ptolemeus

Valentia Romana colonia/ quæ mediterraneo
mari adiacent/ Carthago noua/ Tarragona/ Bar-
cinon Romana colonia/ & Saguntum. Populi
celebriores Vascones/ Cantabri/ Celtiberi.

Thracia p[ro]vincia ē europæ/ cuius fines sūt a septem-
trione Misia i[n]ferior. Ab oriente pontus. A meridie
pars macedoniæ. Regio ē/ ut Pomponius
scribit/ nec cælo leta/ nec solo. Et nisi qua mari
ppior ē/infoecida: frigida est: ac eorū quæ se-
runct maligne admodū patiens. Raro usq[ue] po-
miferā arboreā: uitē frequentius tolerat! sed nec
eius qdē fructus maturat. Viris asper atq[ue] inde-
cens corporū habitus ē. Ceterū ad ferociam &
numerū imites sūt. Amnes celebriores Hebrus
& Nestos. Montes h[ab]et Hemū/Rhodopē & Or-
belon. Eq[ue]bus hemus i[n] tantū altitudinis abit/ ut
Euxinum & hadriā exstimo uertice ostendat.
Rhodope at cognitus est a Rhodope Regi-
na thraciū/ & usq[ue] i[n] migdoniā p[re]diē. In ea sūt
urbes celebriores Enos/ Apollonia/ Perinthos
Calipolis a C. Calicula edificata. Nicopolis/ Ly-
simachia & Bizantiū urbs nobilis & maritima:
quæ ut Iustinus refert libr. viii. primo a Pausa-
nia Spartanorū rege cōdita/ & p. vii. annos pos-
sessa fuit: deinde uariāte uictoria. nūc lacedemo-
niorū/nūc atheniēsiū iuris habita est. Tandem

Pomponius

Hemus mōs
altissimus

Iustinus

a Constantino imperatore qui eam adauxit & exornauit/Constatinopolis uocata est. In qua præter cætera magnifica edificia extat templum diuæ Sophie dicatum: Iustiniani opus toto orbe memorabile. Hæc profecto tanto splendore ac dignitate exornatur: ut totius græciæ caput iureuocari possit. Stragyra urbs in thracia sita ē: Aristotelis summi philosophi patria.

Iosephus Traconitidis regio pars est Iudeæ/quam ferunt inter monte libani & lacum tiberiadis sitiā esse. Eā gentem instituit Cis filius Aram/ut refert Iosephus lib.i. antiquitatis iudeorum.

Ptolemeus Traguriū insula ē i mari adriatico adiacēs dalmatiæ/ut libro. ii. refert Ptolemeus: in qua ciuitas eiusdem nominis sita est.

Herodotus Thasii populi sunt thraciæ i insula Thaso degentes. Apud quos teste Herodoto aurum & alia metalla effodiuntur.

Ptolemeus Taurica Chersonesus peneinsula puincia est Europa/ut lib. iii. ostendit Ptolemeus: cuius fines sunt isthmus/palus meotis/pontus/ & cimmerius bosphorus. In ea ciuitates insignes sūt Eupatoria/& Theodosia nunc Capha. Palus ipsa hyeme glaciatur/ut Virgilius refert.

Virgilius Pupibus illa prius patulis: nūc hospita plaustris Cuius ambitus. duc. milia pass. cōpletebitur: & a

meotidis populis qui margines eius i' coluit / no
men sortita est. Bosphorus at a boū meatibus
q' ab uno latere i' aliud cōmode trahare possūt/
bosphori nomē assūpsit. Et q'a a chimericis po
pulis incoliē chimericus appellatur.

Tauri populi sūt septētrionales in taurica regio
ne cōstituti: qui ut Poinponius scribit Iphige
niæ & Orestis aduentu maxime memorati. Im
manes sūt moribus / imanēq' famā habēt. Nam
pro uictimis aduenas cēdere solebāt. Qui cum
Orestē Agamenonis filiū cepiſſent / & imolare
uellet: qui in eā regionē uenerat ad aram Dia
næ / ut liberareſ ab insania: a sorore Iphigenia/
quæ & ipsa in tauricam regionē uētis deporta
ta Diana tēplo præposita fuerat / liberatus etiā
ab omni insania cū sorore aufugit.

Thebaica regio est ægypti / quæ a thebis ciuitate
nobilissima sic denoīata est. Fuerūt autē plures
ciuitates eiusdem noīs. Vna siquidē in egypto
fuisse cōstat. Quam ut Diodorus refert lib. ii.
Busyris rex egypti cōdidit / a grēcis Heliopolis
idest Solis ciuitas uocata: cuius ambitus centū
quadraginta stadiorum cōpletebatur. Quam
magnis ædificiis / ac speciosis deorū templis /
aliisq' ornamentis pulcherrimis exornauit / do
musq' priuatas usq' ad quartā & quintā conti

Pōponius

Thebæ ciui
tas egypti
Diodorus

gnationem extruxit. Vrbē ipsam totius orbis pulcherrimam & felicissimam fuisse idē auctor asseruit. Eā Plinius lib. xxxvi. totam pensilem fuisse tradit: subter quam reges educere cōsue uerāt maximos exercitus nullo prorsus ex op pidanis sentiēt. Et quod mirabile fuit: mediā urbē amnis quidā placidis undis īterfluebat.

Pōponius
Iuuenalīs
Centum portas habuisse Pōponius auctor est.
Vnde Iuuenalīs ultima satyra

Atq; uetus thebē centū iacet obruta portis.

Alii centū aulas: totidēq; principū domos ha buisse prodiderūt. Alia fuit i Boetia a Cadmo Agenoris filio primū edificata: quā Amphion muris cinxit/aliisq; edificiis exornauit. Fuitq; urbs clarissima duorū numinū Liberi atq; Her culis patria/ut Plinius refert libr. iii. Eā Alexander Macedo coepit & diruit/ ciuibūs sub corona uenditis. Alia fuit in cilicia/ī qua Andromache uxor Hectoris orta educataq; fuit. De qua Ouidius primo tristium.

Nec cruciere minus/ q̄ cū thebana cruentū
Hectora thessalico uidit ab axe trahi.

Aliā i lucania regione italiæ fuisse tradiderūt.

Tenedos insula est in mari ēgeo īter mytilenē & hellespontū/una ex cycladibus: quam in con spectu Troiæ fuisse maro cecinit. Ad quā olim

Plinius

Pōponius
Iuuenalīs

Thebē boe
tiæ

Plinius

Thebē cili
cię
Ouidius

Tenes quidam fugiens / q̄ cum nouerca sua cō
cubuisset: eam cultoribus uacuā obtinuit. Vr
bem de noīe suo ædificauit / & insulæ nomē de
dit. Diciē ergo a Virgilio Notissima fama ob
stuprum nouercæ.

Thera insula est sub Euboia iuxta Atticam: ī qua
Eleusis est ciuitas / ut lib. iii. scribit Ptolemeus.
Vt autem Seruius refert sup primo geor. Eleu
sis ciuitas est Atticæ: ī qua regnauit Celous pa
ter Triptolemi: ad quem cum Ceres quærens
Proserpinam deueniret: docuit Triptolemum
omnegenus agriculturæ. Vnde Ouidius ī. iiiii.
fastorum.

Iste quidē mortalis erit! sed primus arabit. Ouidius

Et seret: & culta præmia tollet humo
Et ut Iustinus scribit libro. ii. In Attica regione
Triptolemus usum frugum primus adiuenit.
Strabo uero libro. x. Therā inter Sporades an
numerat circa Cretam: quam dixit Spartanam
fuisse coloniam.

Terra leboris olim Cāpania dicta regio est Italię
amenissima / iter latiū & calabryā sita / ī qua Le
borini campi torius italiæ uberrimi sternū ē &
uitiferi colles. Nunq̄ generosior oleæ liquor/
ut libr. iii. plinius refert. Eam uero uim habuit
leborinæ terræ appellatio / ut campanię nomen

o. iiiii

Ptolemeus
Seruius
Ceres

Iustinus
Scrabo

Capua

in suum mutauerit. In ea Capua urbs uetus a Capye troiano/uel a locis cāpestribus sic noīata:uel ut pleriq; uoluerunt a Thuscis condita/uiso falconis augurio/qui thusca līgua Capys dicitur. Est & Nola a tyriis condita ut Solino placet. Ibi quonda ciuitas Cūmarū ab Euboen sibus cōstructa. In qua olim fuit facellum Sibyl lē:cuius librum ad Corneliū usq; Syllā pontifices Romani consulebāt: Nam priores duos teste Solino ipsa exusserat/Tarquino Supbo par tius pretium offerente q̄ postulabatur. Est & Neapolis urbs regia & nobilissima/ Parthenope a tumulo Syrenis appellata: a Diomede in littore mediterranei maris condita. Ut aut̄ Stra bo refert lib.v.eam primo Cumani incoluerūt. Postea uero & Calcidēses/& ex Pitheciis athenisq; ueniētes. Vnde & noua ciuitas idest Neapolis appellata fuit. Quę portu insigni/magnificisq; ciuiū ædibus/ hortis/ac uiridariis/citris & alis fructibus refertis exornat̄. Complures habet arces munitissimas! Sed imprimis castel lum nouum ab Alphonso Rege extrectum. Opus certe memorabile/& omnibus italiæ monumentis & structuris preferendum:in quo excelsae turres/muri crassissimi/atq; aule celeberrimæ esse referuntur. Ornata quoq; fuit ea ciui

Nola

Solinus

Cumē

Sibylla

Solinus

Neapolis

Strabo

tas Bonifacio octauo / & Ioanne. xxiii. ponti.
 Ro. Est etiam Puteolanum littus & oppidum
 ipsum quod a puto frequentia ut Strabo
 refert lib. v. putoles appellauere. Sunt qui ab
 aquarum putore: Vbi et sulphuris & ignis &
 aquarum calidarum plena sunt omnia. Est Tea
 num/Sueſſula/Arella/Nuceria/Aduersa/& aliæ
 complures.

Strabo
Puteoli

Thessalia regio est macedoniæ/ ut Pōponius re
 fert/ que prius Emonia dicta fuit. Eademq; Pe
 lasgis & Conargos atq; Hellas. Vnde reges hel
 lenes/ ut Plinius refert lib. iii. Dicta est autem
 thessalia a Thessalo ibi regnante. In ea teste Soli
 no/ de oppidis egregia sunt Pithia/Larissa/Theſ
 salonica. Montes clari Pelion & Ossa/gigantū
 fabula belloq; memorati. Pelion nōs est altissi
 mus. M.ccl. passuum ratione perpendiculi/ ut Pli
 nius refert lib. ii. Olympusq; qui tam excellēti
 uertice attollit: ut littere ī cinere scriptę adusq;
 alteram anni ceremoniam permanere dicātur:
 de quo Lucanus in tertio.

Pōponius
Plinius
Solinus

Nubes excessit olympus.

Quatuor eodē nomine Olympos esse pleriq;
 tradiderunt: Vnus est ī thessalia: de quo supra.
 Alter in ponto. Alius in bithynia. Ad cuius ra
 dices urbs est Prusa ab Hannibale extorta.

Lucanus

Quartus in ethiopia haud longe ab heliopoli ciuitate: qui oriēte sole usq; ad qntā diei horā flāmas emittit. Thessaliae sunt cāpi pharsalici: in quibus ciuiliū bellorū detonuerūt procellę.

Plinius

In ea ut Plinius refert li. iii. sūt quatuor atq; triginta mōtes: quorū nobilissimi Olympus/Pierus/Ossa. In thessalia ut scribit Eusebius detē poribus factū est diluuium sub Deucalione: et incēdium sub Phaetonte annis mundi. III. M. cccccclxx.

Eusebius
Diluuium

T reueri populi fuerūt gallię inter belgas/in confinibus germaniæ/Neruiis finitimi.

Pōponius

T heutoni populi sūt germaniæ: qui ut Pomponius scribit: loca incolūt prope mare aciacum. Similiter & Cimbri. Acie mare/ut idem tradit: non lōge est a sinu Codano/ quod gremio lit torum accipitur/ nusquam mari simile/ uerum aquis passim interfluētibus uagum atq; diffusum spargitur. Hi quondā a Sueuibus finibus pulsi sese Cimbris & Tigurinis sociarūt/ac magno impetu Romanorū fines inuaserūt: quos Marius summa strage uicit/ deq; his triumphauit. Rex eorum Teutholocus uir eximię proceritatis fugatus atq; comprehēsus insigne spectaculum triumphi fuit.

C. Marius

T igurini populi fuerunt germaniæ/ qui quartā

partem heluetiæ continebant.

Tile insula est oceani septentrionalis/ graiis & nostris celebrata carminibus. Quæ ultima fuit ex cognitis a Romanis. Virgilius .i. geor.

Tibi seruiat ultima tile.

In ea solsticio estiuo nullas esse noctes Plinius tradit. Ecōtra ut Solinus refert/ brumali solsticio nullus pene dies. Ultra eā pigrū esse accepi mus & concretum mare.

Tilos isula ē celeberrima ī mari idico cū oppido eiusdē noīs/ ut Plinius refert li. vi. margaritis referta: quæ teste Solino/ palmas fert: oleā creat: uineis abundat/ terrasq; oēs hoc miraculo sola uincit/ q; que cūq; ī ea arbos nascit̄/ nunq; caret folio: Mōs caucasus nō longe ab illa incipit: q; maximā orbis partē ppetuis iugis penetrat: Ea dem insula hēt lanigeras arbores/ ut Plinius refert lib. xii. quę cotonei mali aplitudine ferūt cucurbitas/ & inmaturitate ruptę ostēdūt lanuginis pilas: ex qbus uestes pretiosæ cōficiunt̄.

Trinacria insula est/ quæ & Sicilia diciunt̄. Est autē trinacria dicta q; tribus p̄mōtoriis in mari prominent uidelicet pachino/ peloro/ & lilybeo. Vnde Ouidius in quarto fastorum.

Terra tribus scopulis uastū procurrit in æquor
Trinacris a positu nomē adepta loci.

Plinius
Solinus

Plinius
Solinus

Plinius

Et. xiii. Methamor. Intrant

Sicaniam tribus excurrit in equora linguis.

E quibus ubriferos euersa pachinos ad austros

Mollibus expositus zephyris lilybeus & arctos

Aequoris expertes spectat boreaq; pelorus.

De eadē insula in Sicilia plura cōscripsimus.

Thyssageræ populi fuerunt in Scythia ultra Sauromatas ex uenatione uiuētes. In quoru agro flumina quatuor magna fluunt, uidelicet Lykus/Oarus/Tanais & Syrgis.

Titanes populi fuerunt in grēcia uiribus excellētes: quos ab irata terra contra Deos creatos fixerunt poetæ. Et quasi ulciscendę matris terrae causa in deos armatos existere. Eos a Ioue bello superatos tradūt. Nam e cēlo iactis fulminib; interierunt.

Toliapis insula est in oceano septentrionali/nō longe a Tile.

Troas regio est phrygię/quā Ptolemęus minorē phrygiam appellat. Adiacet hellepōto/ ut Plinius tradit lib. v. In ea Ilion fuit/ quæ & Troia ciuitas ab Homero & aliis poetis cātatisima. quę mille qngentis passibus a portu distabat. Et ut idem Homerus scribit libro. iiiii. Omniū quę sub Sole ac stellifero cēlo sunt urbiū/ insignissima qdē Troia fuit. In agro troiano natā

Plinius

Homerus

Troia

ferunt octauam Sibyllam Helespontiā de qua Sibylla
 scripsit Heraclides. De Christo aut̄ ita uaticina
 ta ē. De excelsō celorū habitaculo humiles pro
 spexit Deus: & nascetur in diebus nouissimis
 de uirgine hebr̄ea ī cunabulis terræ. Ciuitates
 Troadis celebriores Dardanū/ Simeōtis flumi
 nis hostia/ Antandrus/ Smirna/ Clazomene/
 Ephesus/ Miletus/ Pergamus/ Tyatira/ Phila
 delphia/ Laodicia/ Anthiochia/ Prinensia/ Tar
 sus. Mōtes clari Ida/ & Timolus. Regiones Mi
 sia maior & minor/ Lydia/ Meonia/ & Caria. In
 ea regione teste Ptolem̄o li. v. apud hellespō
 tum est Abydos ciuitas obiacēs Sesto/ Leādri
 quondā & Hero amore p̄nobilis. Leander. n.
 Abydenus & Hero Sestias uehemēter se inuicē
 amabant. Leander itaq; ad Hero noctu ire con
 sueuerat: fretum hellesponticū tranabat: quod
 Seston & Abidon ciuitates interfluit. Cū ergo
 quadam nocte iuuenis oppressi tēpestate cada
 uer ad puellā delatū fuisset: illa se illico ex alta
 turri præcipitē dedit. Ex Abydo asiæ usq; in Se
 stum Europę Xerxes Rex psarum cum ingēti
 exercitu diuisas spatio pelagoq; terras ausus
 est pōtibus iūgere. Mirū atq; ingēs facinus. Ex
 Asia in græciā pedes transgressus: quod Luca
 nus refert lib. ii. Lucanus

Tales fama canit/tumidū sup æquora Xerxē
Cōstruxisse uias:multū cū pontibus ausus.
Europāq; asie: sestūq; admouit abydo
Incessitq; fretū rapidi sup hellesponti
Nō eurū zephirtūq; timēs:cū uela ratesq;
In medium deferret athon. Nam ut libro hī
storiarum. v. Herodotus tradit/Athos mōs al
tissimus macedoniæ classibus persicis nauiga
tus fuit:& a continenti iussu Xersismille quin
gentis passibus abscessus est. Cum uero a græ
cis duce Temistocle nauali prælio Xerxes uic
tus esset: parua manu fugiēs ad Sestū puenit.
Vbi cū solutū pontē hybernis tēpestatibus per
cepisset:piscatoria scapha trepidus aufugit.

Herodotus

Troia regio est minoris Asiæ/ut Seruius scribit
sup primo ēnei. In qua ilion fuit: nōnūq; uero
pipsa urbe Troia ponit. Ouidius.i.heroidū:
Troia iacet certe danais inuisa puellis.
Et in eadem epistola.

Iam seges est/ubi troia fuit. Troiæ rex fuit
Priamus Laomedōris regis filius:quē a Ioue
originē traxisse pdiderūt. Nā Dardanus Iouis
filius fuit ex Electra. Dardani filius fuit Erictho
nius. Hic Troū filiū habuit:qui regionē quæ
a Dardano dardania dicebat/Troiā a se uoca
uit. Troi filii fuerunt Assaracus & Ilus/qui ur

Seruius

Quidius

bem ipsā illion a se dixit. Hic genuit Laomedō
tem Priami patrē. Priamus aut ut scribit Cicero
in primo tusculanarū quēstionū habuit filios
q̄nquaginta: quorū decē & septē iusta uxore
nati sunt. Assaracus uero illi frater Capim ge-
nuit. ex quo Anchises & ex illo Aeneas. Quā
sane genealogiam Ouidius in quarto fastorū
pulcherrime descripsit.

Cicero

Dardanū electra q̄s nescit atlātide natum?

Scilicet electrē cōcubuiss' e iouē.

Huius erichonius: tros ē generatus ab illo.

Assaracū creat hic: assaracusq; Capim.

Proximus Anchises: cū quo cōmune parētis
Nō dedignata est nomē habere uenus.

Hinc satus Aeneas.

Troglodytē populi sunt æthiopiæ/ qui ut lib. v.
Plinius refert specus excauāt. Hę illis domus.
Victus serpētū carnes: Stridorq; nō uox: adeo
sermonis cōmertio carent.

Plinius

Tuscia regio ē italię/a ritu offerēdi thura sic dicta
quę alio noīe Etruria nūcupaę. Cuius fines ma-
cra & tyberis amnes/ centum & septuagīta qua-
tuor. M. īter se distātes. Apenninus mōs atq; in
ferū mare. Tirrenos aut Romani etruscos ap-
pellāt atq; tuscos/ ut Strabo refert li. v. Gręci ue-
ro a Tirreno Atys filio Tirrenos noīarunt.

Strabo

Ouidius

Atys. n. ex pgnatis Herculis ex Lydia colonos
hāc ī regionē dimisit: cū sterilitate ac fame po-
pulū emittere cogereſ. Eduobus filiis sorte ia-
cta Lydū quidē regni successorē tenuit. Tirhe-
no autē maiorem applicās populū foras abire
iussit. Hanc ille tandem ingressus orā de suo uo-
cauit noīe tirrheniam. Et ædificādis urbibus
Tarconē præfecit uirū prudētia clarū: qui ciui-
tates. xii. cōdidit. Tuscię celebriores ciuitates.
Pisę urbs uetus ta ab his Pisanis condita q̄ e pe-
lopōneso cū Nestore aduersus ilion militarūt.
Pistoria urbs inter primas olim etruriæ annu-
merata.

FLORENTIA Vrbs inclyta & nobilissima to-
tius Etrurię nunc primaria: que ante Christi ad-
uentū nonagesimo año a Syllanis militibus cō-
dita fuit. Nā cum Sylla militibus suis agrū illū
inhabitandū assignasset: ad Arni fluenta sedes
posuere. Et oppido ibi extucto Fluentiam ap-
pellauerunt. De qua Plinius lib. iii. meminisse
uidetur: cū dixit Fluētinos p̄fuenti arno ap-
positos. Eam Totila gothorū Rex p̄ fraudem
coepit ac diruit: quam Carolus Magnus qui a
Leone pont. Max. Augustus appellatus impe-
ratorum nomen dignitatēq; suscepit: cū ex ur-
be Roma in galliā rediret moenibus ac portis

Sylla

Plinius

Carolus ma-
gnus

109

instauratā maiore ambitu circundedit: ac nobis
les florētinos p̄ uicina oppida diffusos in urbē
reduxit. Eāq; dignissimis atq; aplissimis priuilegiis donatā liberā esse uoluit: legesq; ac ma-
gistratus cōcessit. Hanc urbem oīum italię pulcherrimā Arnus fluuius placidis interfluit undis quæ atriis ac pōtibus nobilissimis tēplisq;
deo dicatis ac magnificis ciuiū ędibus decora-
tur: Pr̄cipue uero magnifico & ornatissimo tē-
plo diuę Reparatæ dicato: mirifico opere ac niueis marmoribus eximie ac magnificentissime
extructo: altissima atq; stupenda testudine or-
nato: & iuxta illud turris marmorea splēdidiſ-
simi operis singulari preſtātia cōstructa. In ea
quoq; precursoris domini digitus idex maxi-
ma ī ueneratione habet. In cuius honorē ædes
præclarissima in celebriore urbis loco dicata
est: ualuis ex solido ære deductis. In quibus
utriusq; testamēti historia mirifico ope sculpta
habetur. Sed & Archangelo Michaeli ara actē
plum pulcherrimū extructū est. Diuoq; Laurē-
tio basilica ornatissima eximio ope ac magno
impēdio a deuotissimo Cosmo Medice cōstru-
cta. Qui & celebre monasteriū beati Marci euā-
gelistæ ordinis sancti Dominici a solo ędifica-
uit. Aliudq; apud fesulas Canonicorū regula-

Florentia
urbs pul-
cherrima

p i

riū cū bibliothecis adeo pulcherrimis & libro
rum copia refertis: ut oēs supent/ quas suo tem
pore habuit italia. Lanificii ac serici mercatura
præceteris illustraſ. Vitiū & olearum foecūda i
ac fructuum omnis generis abundās. Neq; hoc
loco cōmemoro res præclare gestas populi Flo
rentini/bellūq; maximū & memorabile qđ an
nis xii. cū Galeacio Mediolanēſiū duce magna
uirtute gessit. In quo decies cētena & ducētena
sexagitasex aurei numi milia p sex tantū men
ses expensa sunt. Taceo eius urbis florentissi
mas opes: maximū nobilitatis numerum: ingē
tes peditū equitūq; copias: exercitus ualidissi
mos: res terra mariq; gestas/ prælia/ uictorias/ &
triūphos. Sed unū tantū cōmemorasse sat erit.
Videlicet Pisarū expugnationē/ urbis quondā
potētissimæ/ & florētino impio æmulæ & infe
stissimæ. In quo bello multi pisani capti ad spe
ctaculū florētini populi. xxxxi. curribus per
urbē deuehunſ. Eā deniq; urbē terra mariq; ual
latā fame & ferro pdomitā florētinus populus
penitus subegit. Viris quoq; bonarū artiū doc
trina præditis/ omniq; genere laudis præstātissi
mis exornaſ. Imprimis qđē Dante Aldigherio
& Francisco Petrarca/ uiris pfecto litteris & elo
quentia claris. Qui ingenii sui egregia monu

Dantes
Franciscus
Petrarca

menta reliquerunt. Fama quoq; est Claudion
poetā fuisse Florētia oriundum. Accursius iure
cōsultus præstantissimus qui iūs ciuile primus
elucidauit. Ioānes Boccacius latina patriaq; fa
cundia celebris. Nicolaus Acciaolus eques flo
rētinus & regni apulię nobilissimus guberna
tor. Paulus geometra insignis. Nicolaus medi
cus eximius qui de omni medicina grāde reli
quit opus. Tadeus phisicus celeberrimus. Pal
las Stroza clarissimus equestris ordinis Viri
philosophusq; doctissimus ac utriusq; lingue
eruditus. Angelus Acciaolus eques auratus :
& Donatus eiusdē familiæ uiri eloquētissimi :
qui multas historias græcas nobis latinas fece
runt. Pogius & Lapus litteris græcis ac latinis
eruditissimi. Ambrosius religiosus græca & la
tina lingua insignis: qui Laertiū e græco in la
tinū elegantissime uertit. Mattheus Palmerius
uir eloquentissimus Florentiam plurimum ex
omarunt. Habuit & Ioctūm & Donatellūm ac ^{ac Michael agnol}
pictores celeberrimos / Ac Philippum Scola ^{Scultror agnol}
riū rei bellicæ gloria insignem. Qui copiarum
Sigismundi imperatoris dux effectus turcos
& Sarmatas multis preliis superauit. Ornata
quoq; fuit Florētia Cosmo Medice magno &
excellēti ingenio Viro summaque prudentia

Accursius

Pogius

Cosmus
Medices

p ii

John Sabula Tabes in villa s' m' c'
stageus fructe boz t' go fort
by mathe

humanitate ac probitate omniq; genere laudis
insigni & prestantissimorum cui uix parē prisca tu-
lerunt secula. Tanta fuit eius opū affluentia &
munificētia/ut omnes italiæ ciues facile supera-
uerit. Tanta uirtus & sapiētia/ut nutu & consi-
lio eius cuncta optime regerent̄. Is ciuitatē plu-
rūmis edificiis ac templis Deo dicatis publicis
priuatisq; ædibus ultra oīum existimationem
exornauit. Quare eum suīmo iure patrem pa-
triæ Florentia libera dixit. Nuper uita excessit
Laurentius nepos/auitæ paternæq; uirtutis ini-
tator clarissimus/Cuius prudentia ac probitate
Respublica Florentina dū uitali uesci licuit au-
ra/optimis moribus atq; institutis foeliciter gu-
bernata fuit. Fesule ciuitas uerustissima arduo
& munitissimo ī colle sita/duobus milibus pas-
suum distat a Florētia/cuius nūc parua extant
uestigia:raroq; habitata colono. Volaterra ci-
uitas uerusta/Persio satyrico ciue ornata.
Cortona urbiū Etrurię uerustissima/quā Pelas-
gos condidisse tradunt. Monsfaliscorū urbs
corrupte dicta mōsflasconus. Vrbs uetus que-
ut Leonardus Aretinus afferit a Florētinis ori-
ginē habuit. Ea ciuitas ornata est tēplo beatissi-
mæ uirgini dicato:quod frontispicium habet
niueis marmoribus/mirifico ope ac magno im-

Laurentius
Medices

Fesule

Volaterra
Persius

pendio fabricatū oīumq; totius italię pulcher
 rimū. Habet & palatiū magnifici operis quod
 Vrbanus quītus pontifex Ro. extrui curauit.
Ciuitas Castellana altissimis rupibus circūda-
ta. Quam nonnulli prodiderunt fuisse Vehiē
tanam urbem decēnio a Romanis obseßam.
 Viterbum ciuitas parum uetus/a priscis Vi-
 turium appellata. Surrium ciuitas uetusissi-
 ma: apud quam prēlium ingens Romani cum
 Etruscis olim gessere. Nepe ciuitas i historiis
 Romanorum crebro inuēta. Orta ad tyberis
 fluenta ciuitas uetus/a. Luca Romana colo-
 nia/ quæ Lutium. iii. pontificē Ro. atq; Alexan-
 drū. ii. genuit. Cometum ciuitas aucta Tar-
 quinię proximę olim urbis uetusę ruinis: tri-
 bus milibus a mari distans. Sarzana ciuitas
 ad Macræ fluminis dexteram supra Lunā posi-
 ta. Cuius arx Sarzanellum appellatur.

SENA urbs Etruriæ insignis et opulentissima/
 quā Brenus dux gallorū Senonū q cū exerci-
 tu trecentorū miliū Romā uenit p senibus uali-
 tudinariisq; et armētis cōdīdit ante Christi ad-
 uentū anno. ccclxii. Quāuis Blōdus forliuen-
 sis scribat eā a Ioāne. xviii. Ro: pont. cōstructā
 fuisse. In qua superba & clarissima extant edifi-
 cia: uidelicet gymnaſiū & forū pulcherrimum:

hospitaleq; toto orbe famosissimū/ pietissime
gubernatū. Imprimisq; tēplū beatissimē Mariæ
uirgini dicatū/miro ac splēdidissimo opere ex
tructum. Amplia quoq; atria tam publica q; pri
uata: porticusq;/ & turres/ ac nobiles fōtes ciui
tatem exornant. Nō minus eam celebrē faciūt
uiri inter etruscos religione// moribus/ omniq;
litterarū genere prēstātes. Eius ager frumentin
uini/ & olei feracissimus: ac fructuū oīs generis
abundās. In quo multi sūt fontes calidi & salu
berrimi uariis morbis remedia prēstātes. Taceo
eius populi uictorias & triumphos/ acres pace
belloq; foeliciter gestas. Ex hac urbe memoria
digni celebresq; fuerūt Alexāder. iii. pōt. ro. &
Pius. ii. uiri siqdē post utrūq; Leonē oīum Rō
manorū pōtificū pculdubio eloquētissimus.
Bernardinus & Caterina miraculis & sāctitate
illustres. Franciscus Picolomineus Rō. ecclesie
Cardinalis: uir sacris litteris & prudētia clarus.
omniq; genere laudis celebrandus.

CLusium urbs uetusissima/ īter capita etruīæ
quondā annumerata: ī qua ut Plinius scribit li
bro. xxxvi. Poisenā rex etruscorū sedē posuit.
& labyrinthū mirifici opis in ea extruxit sepul
chri causa: simul ut & extenorū regū uanitas
quoq; ab italis suparetur. Sepultus est. n. sub

Plinius
Labyrīthus
mirificus

urbe Clusio in monumento ex lapide quadra-
to. Singula latera pedū lata tricenū/alta q̄nqua-
genū. Inq; basi quadrata intus labyrinthus in
extricabilis. Quo siq; s̄ igressus fuerit sine glo-
mere lini exitū inuenire nequeat. Supra id qua-
dratū pyramides stant quīq; quatuor in angū-
lis & in medio una. In imo latæ pedum septua-
genū q̄nū: altæ centū q̄nquagenū: ita fastigia
tæ/ut i summo orbis æneus & pegasus unus oī
bus sit i positus. Ex quo p̄e debat excepta cate-
nis tintinabula: quæ uēto agitata lōge sonitus
referebat. Supra quē orbē quatuor pyramides
singulē alte pedū centenū. Supra quas uno so-
lo q̄nq; pyramides: quarū altitudinē eandem
fuissē tradūt quā rotius opis: adeo uesania de-
mētia quæsiſſe gloriā impēdio nulli pfuturo.
AR. Etium ciuitas uetustissima/ quē uiros præ-
stantissimos genuit. Extat nāq; diui Augusti
epistola/ p̄ quā affirmat Mecenatē suū Aretio
fuissē oriundū. Cornelius uero Nepos Atticū
dicit p̄ediū i aretino possedisse: quod Cecilia
num sit appellatū. Eā quoq; plurimū exorna-
runt clarissimus orator Leonardus aretinus &
Ioānes tortelius gr̄cīs & latinis litteris eruditus
PERusia urbs iclyta ac uetustissima ab Acheis
condita/ ut Iustinus refert libro. xx. Siue a Tir

Mecenas

p. ivi

Iustinus

Irhenis ex lydia profectis ut pleriq; uoluerunt
arduo & munitissimo i colle sita: que turribus
ac priuatis ciuium domibus foroq; pulcherri
mo cum insigni fonte decoratur. Gymnasioq;
celeberrimo ac templis deo dicatis aliisq; mo
numentis & structuris magnificis exornatur.

Viros semper habuit belli ac pacis artibus illu
stres. Nā Braccius de fortebracciis reruin gesta
rum gloria clarus. Nicolaus stella omni bellica
laude dignus. Nicolaus Piccininus copiarum
ducis mediolani iperator clarissimus. Iacobus
eius filius exercitus Venetorum dux prestatis
simus. Carolus oddus Sfortia eius frater. Brac
cius & Carolus baliones. Carolus de Mōtono
clarissimi belli ductores Perusia oriundi sunt.

Cinus & Baldus clarissimi iurisconsulti. Aceta
te nostra Ioannes petrutiſ & Benedictus Ca
pra iureconsultissimi Perusiam patriam habue
runt. Ager perusinus oliuetis croco & uitibus
foecidus. Frugum quoq; ac pomorum diuer
si generis feracissimus. Habet Trasumenum la
cum iusignem optimis piscibus refertum. Ty
beris quoq; fluvius nobilissimus agros perusi
nos interfluit.

Braccius
Ni. stella
Nicolaus
piccininus

Cinus
Baldus

ANDALIA. Regio est europe septentrionalis & pars Poloniæ / a Vandalo fluuio / qui regione iterfluit cognomina gens imanis & ferocissima.

Vascones populi fuerūt hispaniæ Tarraconensis uersus pyreneū montē siti / ut lib. ii. scribit Ptolemeus. Ab eis quōdā Carolus Magnus cū ex hispania ī galliā rediret / ppe pyrenei iuga insigñē cladem accepit. Cecidere ī ea pugna Anselmus & Egibardus sūmi rei bellicæ duces. Tra dunt etiā Rolandū Caroli ex sorore nepotem / præstātē fortitudine uirū / post ingentē hostiū cedē eo prælio interiisse. Hic est Rolādus q̄ ea tempestate corporis robore & animi magnitudine lōge cæteris præstitisse ferūt. Cuius fortia facta p̄ uniuersi orbē clara celebrantur.

Vatâstica insula est ī flumine rheno / finitima Bacauis & phrisiis.

Vectis îsula ē ī oceano septentrionali uersus Tile.

VENETIA regio est italiae / quæ ab amne Mintio usq; Tiliamentum protēditur. Regio inclyta atq; pulcherrima / frugum / uini / & olei feracissima / aquis & fluminibus illustris / fructibus & piscibus copiosa / uicis castellis et clarissimis ciuitatibus insignis. Cæterū de Venetis duplex est sermo / ut libr. v. Strabo asserit. Nam quidā

Ptolemeus

Mors Ro landi

Strabo

